Copiese la portada.

M. S. 4.º pergamino con 325 pag.s foliadas y 3 hojas una de portada y dos de indice sin foliar, bien tratado.


R = Ristori = In Beatitudinem.

P. Tomas Jarron.

Disputationes Scholasticæ de Beatitudine in 1.a 2.æ à quæst.e 1.a ad 5.a Angelicus Præceptoris:

D. ✱ V. ✱ T.

Summa ipsius pulchritudine, ac infinitate bonitate se, cuiusque Creaturæ infallibiliter beanti. Immaculatæque ac semper Virgini Dei=Genitrici Mariæ creditorum sibi hominum in beatitudine dirigenti, immò cum animo sacratæ. A P.e Thoma Masson Societatis Jesu. Incep. die 3. sept. Anno Dni 1762.




Praelocutio.

Quis sit finis noster inquirimus, quaque sit ratione obtinendus investigamus. De ipso naturae lumine, auditores optimi, discutiens hanc, et labore reliquis omnibus esse praeferendum, manifestum: ideoque Cicero lib. 4. de finibus sua sorte interrogatione dicebat: quid est in vita tantopere quaerendum, quam quid sit finis, quid extremum, quid ultimum, quo sint omnia bene vivendi, recteque faciendi consilia referenda? Si rationalis mentis insitus nitus obnubilatus licet, ita loqui Ethnicum hominem compulit quid, et sentire, et dicere nos aequum erit, quorum mentes supernus fulgor illuminat, ut nebulas abigat, quibus Ethnicorum animi obtenebrati excellentissimi nostri finis verae rationis peritius callere non valuerunt. Profecto solus ille de praestantissimo suo fine recte sentire, quantique debet, eum aestimare, censendus est, qui operibus indesinenter ostendat se toto corde consentire Davidi psalmo 72.

6

clamantis: quid mihi est in Coelo, et à te quid volluit super terram, Deus cordis mei, et pars mea (id est, hæreditas mea) Deus in æternum.



Disputatio 1.ª

De ultimo fine hominis.

Sectio 1.ª

An Deus sit talis finis?

1. Plura hic de natura, et divisionibus finis dicenda forent, nisi dicta supponerentur in Philosophia, ubi proprium locum obtinent. Aliqua tamen oportet in memoriam revocare. Itaque finis dividi in finem qui, finem cui, et finem quo. Finis qui, qui etiam finis cujus gratia solet appellari, dicitur ille, cujus intuitu adhibentur media, sicut intuitu sanitatis sumitur bene permittitur. Finis cui est ille, in cujus commodum cedit finis qui, et talis est aegrotus respectu sanitatis, quae ab ipso intenditur. Finis quo est ipsa ratio, qua finis internus applicatur fini cui, et talis est possessio dis

3. scientiarum non intendentis vitali. 2.° Finem operationis aliquando diversum esse a fine operantis, ut patet in ægroto, qui ex inten tione se aptandi ad studia evivit potiones amaras: finis namque ægroti illius est scientiarum acquisitio: finis verò medi carum operationum est sola sanitas. Finis operantis dici etiam solet finis extrinsecus, quia talis est relatè ad operationem; hujus autem finis apellari solet intrinsecus; quia operatio intrinsecè ordinatur ad ipsum.

2. ... Dicendum denique finem ultimum alium esse positivè talem, et alium talem negativè. Finis positivè ultimus ille dicitur, qui natura sua talis est, ut prudens, ac rationabiliter operans nequeat illum ulterius ordinare ad aliud tamquam ad finem. Finis ultimus negativè talis est ille, qui hic, et nunc ità intenditur, ut ulteri us non ordinetur ad aliud tamquam ad finem; quidquid sit an ex sua natura sit ità ordina bilis, vel non. Divitiæ hæc finis sic ...

Dmuns explicata logicè rigorosa non est: ve
eng st. finis, ille est, et negative, et positive
ad ultimus esse potest [illegible] si divisionis illy
ad rationis divisionis [illegible] reducere velles,
diceres finis negative ultimus esse illus, qui li
cet hic, et nunc [illegible] se intendat, ulterius
non ordinet ad aliud tamquam ad finis, sua
tamè natura atenta, prudens, et rationabiliter
[illegible] aliud tamquam ad finis ordinabilis erit.

3.

Assero
ergo: Deus est finis hominis positive ulti-
mus. Probat^r contra ab aliquib. ex eo, quod
proberviorum 16. dicat^r, q^d universa propter
semetipsum operatus est Dominus; testimo-
nium tamè hoc, ut ja diximus, Deus esse
finis creaturarum intrinsecus, sive finis oper-
ationis, non esse finis extrinsecus, sive
finis operantis, Dei nimirum, qui universo-
rum est causa efficiens probat. catholica veri-
tas ex illo Apocalipseos cap. 1. ubi Deus
ut ait de se ipso: ego sum principium, et fi-
nis, unde infertur, quod sicut Deus est primum

5.

cau, fons, et origo rerum omnium, ita etiam est earundem finis ultimus. Probatur: hoc nullum bonum a Deo distinctum inveniri potest, quod non possit alterius, prudenter, ac rationabiliter operando, in Deum ordinare tamquam in finem, Deus sibi ipsi, qui potest, et deberet ordinare, nequit rationabiliter operando, ordinare in bonum aliud tamquam in finem ultimum; sed hoc est, Deum rerum omnium talem esse bonum, ut sit ipsius omnium finis positive ultimus, ergo talis est.

2.

Neque dicas: si Deus esset finis positive ultimus rerum omnium, hic prudenter, et rationabiliter amaret Deum ut ipsi homini bonum; sed Deus nequit prudenter, ac rationabiliter ita amari ab homine: ergo. Probatur minor: amare aliquid ut sibi ipsi bonum, est habere se ipsum pro fine cui rerum talis boni; sed homo prudenter, ac rationabiliter operans nequit habere se ipsum ut finem cui rerum Dei: ergo. Probatur minor: habere se ipsum ut finem cui rerum alterius

ur est se ipsum preferre alteri; sed nos pru
dem ac rationabilis nequit se ipsum Deo prae
ferre: ergo Objectio sapit doctrinam propositionis or
dinis 13.ae inter damnatas ab Alexandro VIII.
quae haec erat: quisquis, etiam aeternae merce
dis intuitu, Deo famulatur, charitate si
caruerit, vitio non caret, quoties intuitu
licet beatitudinis operatur.

Directe respondeo: Dist.
§. nos om, et hujus probationis etiam om, cu
jus probationis nos min. Dist. Non est idem, respi
cere se ipsum ut finem cui rem alicujus, ac respi
cere se ipsum, preferendo se alteri. Patet mani
festo exemplo: vassallus amat Principem
liberalem ut bonum ipsi vassallo, qui se ipsum
habet ut finem cui in talis amoris; nemo
tamen dicet, vassallum propter ejusmodi amorem
se ipsum preferre, ac preponere suo Principi.
Homo igitur se ipsum respicit ut finem cui, quando
Deum amat ut sibi bonum; sed vel hoc ipso con
cupiscentiae amore ostendit homo, se agnoscere
Deum, non ut ipsis ipso homine excellentiorem, sed talem,

ut solus ipse possit hominem verè, participemque facere omnium illorum bonorum, quibus homo caret, quibusque Deus necessariò gaudet.

Arguere 2º

6.// instando: S. Thomas 1.ª 2.ª quest. 26. artic. 2º in corpore inquit: qui amat amore concupiscentiae, non simpliciter, et propter se amatur, sed amat alteri; atqui irrationabile, et inhonestum est, Deum amare, ipsum simpliciter non amando; ergo irrationabile, et inhonestum est, Deum amare amore concupiscentiae, sive ut bonum nobis: quod insuper constat ex eodem S. Thoma ibidem dicente, quod illud, quod est bonum alterius, est bonum secundum quid: qui amat ut bonum secundum quid; sed amare Deum ut bonum secundum quid procul dubio est Deum amare irrationabiliter, ac inhonestè: ergo. Ad argumentum respondeo longè diversum esse ab Adversariorum mente sensum Angelici Doctoris, qui 2.ª 2.ª quaestione 17. artic. 1º expressè docet, actum spei esse actum virtutis, et bonum, licet talis actus feratur in Deum, non quatenus praecisè in se bonus est, sed quatenus est etiam nobis

bonum; neque potemus in aeternum errare.

Lemma.

7. Nunc igitur objecti testimonium sensus est: in 1°. docet S. Thomas, amorem concupiscentiae diversificari ab amore perfectae amicitiae, sive puro benevolentiae, quia hic a sola bonitate objecti trahitur; amor vero concupiscentiae, non ex sola objecti bonitate, sed ejus ex commoditate, aut utilitate subjecti trahitur, inde dicitur, finis qui, non simpliciter, et per se, hoc est, non solum ipsum amandi tunc casum; sed amorem [illegible] concupiscentiae, et finis qui, et finis cui amantur simul. In 2°. similiter docet S. Doctor [illegible] amoris concupiscentiae bonitatem finem qui non esse totam, et adaequatam rationem amatam, sed quid, et inadaequatum bonitatis terminantis ejusmodi actum, qui ut dictum est, fertur in bonitatem finis qui, quem amat, et incommodum, sive utilitatem illius, cui eandem bonitatem vult. Modus hic amandi Deum, licet non sit modus perfectissimus amandi ipsum, omni tamen culpa, et inhonestate caret; non ergo est, nos praeferre Deo,

9.

sed abundantia divinæ bonitatis velle nostram indigentiam sublevare.

8. Arguer 3.º Creatura est finita, finitèque tantum perfectibilis; ergo non potest pro fine habere Deum infinitum; hoc enim esset habere pro fine perfectibile infinitum. Argumentum probat Deum non posse esse principium, et causam Creaturarum; non enim minus repugnare deberet, effectum finitum, qualis est omnis Creatura, requirere causam infinitam, quam entitatem finitam ordinari, ac dirigi in finem infinitum, à quo perficiatur. Directè resp. [illegible] antecedens, neg. conseq. Infinitas Dei non repugnat Creaturæ finitæ ut dirigitur, et ordinatur ad ipsum; quia ratione talis ordinationis non debet Creaturæ communicari infinitudo finis, ad quem ordinatur; finis namque est perfectibilis illorum, quæ ordinantur ad ipsum, juxta uniuscujusque naturam, et capacitatem; inde quia in Creatura non datur capacitas, nisi ad finitam perfectionem, finitè tantum hæc perfici debet à fine, licèt infinito. Quia hæc finis [illegible] finitè perficiendi

maxime ostendat infinitam bonitatem, quae ex ratione talis est communicativa, et diffusiva sui in omnia, quae quomodocumque bonitatem eius participare possunt.

9. Arguet 2°: si Deus esset ultimus finis hominis, Deus etiam esset finis ultimus irrationalium, imò et inanimatorum omnium; sed hoc non est dicendum: ergo. Probatur maior: sicut Deus est principium, et causa hominis; ita etiam est principium, et causa brutorum, et inanimatorum omnium: ergo si Deus est principium et causa hominis est etiam ejus finis, ergo similiter est causa reliquarum omnium Creaturarum, erit etiam illarum ultimus finis. Minor etiam ostenditur; si enim Deus esset ultimus finis creaturarum irrationalium, hunc etiam beatificare deberet sicut Creaturas rationales beatificat, quia ipsarum finis ultimus est. Ad argumentum, dicendum negando maiorem, cuius probatio non urget. Deus, eo quod sit creaturarum finis, solus Deus posse beatificare sua possessione omnes illas Creaturas, quae capaces sunt talis possessionis

tionis Creaturæ autem irrationales Deum pos-
sidere nequeunt; Deus enim possideri non potest, ni-
si per amorem et potentias rationales, quibus irratio-
nalia carent. Insuper Deus Creaturæ om-
nes aliquomodo beat, licet non beatitudine
propria, et simpliciter tali; Deus si quidem Crea-
turis omnibus præ maximum existentis bo-
num, dat plura alia, in quæ sua natura inclinant,
quibusque velut quiescunt et satiantur.

Sectio 2a.

An homo moraliter operans semper suum
ultimum finem positivè intendat?

1o. Communissimè Theo-
logi docent Creaturam rationalem in omni sua
operatione morali intendere suum ultimum fi-
nem, sive beatitudinem in communi. Terminis hæc
nihil aliud significare intendunt Theologi,
nisi rationalem Creaturam semper operari ad exte-
aliquo bono, quod aliquomodo satiatibus et quie-
tatibus sui appetitus apprehendit, quod est

velut dimanatum à beatitudine, quæ deuet esse agregatum omnium bonorum sufficientium ad perfectè satiandum, et quietandum subjectum, quod reddit beatum. Modus hic operandi propter ultimum finem, et beatitudinem denuncia appellatur modus intendendi interpretativè ultimum finem, et beatitudinem; quia sic, præcisè operans, nec formaliter, nec virtualiter ordinat suas actiones ad finem ultimum; sed in hunc dirigi, fieri ex eo tantum, quod amplectatur objectum ex se ordinatum ad talem finem. Manifestum est intentionem cujus hemodi interpretativam intentionem strictè talem non esse; potest siquidem stare talis intentio sine aliqua formali præcognitione, sine qua nulla vera, ac stricta intentio salvari potest.

11 Hunc modum interpretativè operandi propter finem ultimum, sive beatitudinem non sufficere in moralibus operantibus, sed Creaturam rationalem necessariò in omnibus suis moralibus operationibus deuere, saltem virtualiter, operari propter finem ultimum, docuit Cayetanus, et plures alij thomistæ apud et cum Gonet de beatitudine disp. 1.

artic. 5. §. 2. pro hoc Auth. in nobis necessa-
rio dari actus quidam apetitivus voluntatis nos-
træ circa beatitudinem nostram, et finem ultimum, ra-
tione cujus actus reliquæ omnes operationes
nostræ morales in ultimum finem, aut beatitu-
dinem ordinantur, et propter ipsam beatitudinem, et ulti-
mum finem elici dicuntur. Opinionem hanc rejiciunt
actum q. illum apetitivum ultimi finis, et beati-
tudinis directivum reliquarum nostrarum operatio-
num necessario dari negant ex Contrariis non
pauci ex Curiel, et Lorca, et Hospitales Domi-
nus ex Acutissimo disp. 6. cap. 1.

12. Sit 2dum: homo
moralis operans non semper virtualiter intendit finem
positivè ultimum, et beatitudinem. Probatur 2dum:
homo moralis operans sæpe lethaliter peccat; et
qui per actum, quo homo lethaliter peccat, non inten-
dit, nec virtualiter, finem positivè ultimum, et bea-
titudinem: ergo. Probatur minor: non intendit quis vir-
tualiter finem per electionem medii illius, quod cog-
noscit se à tali fine removere, sive esse im-
peditivum consecutionis talis finis; sed homo

lethali peccato, ut ipsius amor peccandi eligit medium, nimirum lethale peccatum, quod cognoscit, se removere a fine positive ultimo, impedireque consecutionem beatitudinis: quod totum est certum; nec autem constare debet; alias enim dici posset, quod ruptam eius virtualiter, intendere conservationem propriae vitae, et sanitatis, qui sibi ipsi infligit insanabile et lethale vulnus.

13. Quaeres: si in voluntate hominis non detur necessario appetitus ordinans reliquas ipsius operationes in finem positive ultimum, et beatitudinem?

Quia omnes morales operationes hominis non sunt necessario virtualiter propter finem positive ultimum, et beatitudinem; sed in homine non datur necessario appetitus ordinans reliquas ipsius operationes in talem finem: ergo. Aliqui admittunt ab adversariis. Probatur minor: eo ipso talis appetitus ordinativus reliquarum moralium operationum in finem positive ultimum non probatur necessarius ab adversariis; sed si talis eo ipso necessarius non probatur, necessarius dicendus non est: quod aliqui ingens est difficultas, constabit ex argumentorum solutione.

Nego: cuius si omittatur neces-
sario aliquo existere in voluntate Creaturae a-
ctu operantis finis positive ultimi, et beati-
tudinis quo Creatura desiderat omnes suas
operationes morales dirigi, ac ordinari in fi-
nem positive ultimum, hoc tamen non sufficit, ut om-
nes morales operationes ipsius sint necessa-
rio virtualiter propter talem finem: quod. Ratio autem
est: quia licet actus ille in voluntate praestite-
rit, potest tamen in ipsa moraliter non perseve-
rare, vel quia sit virtualiter retractatus, vel
retractatus per peccatum saltem lethale; vel quia
tanto tempore praecesserit, non praesentes actiones,
ut prudenter censeri non possit talis actionis
directivus, et ordinativus: atqui si talis ac-
tus moraliter non perseverat reliqui actus ne-
queunt virtute illius ordinari in finem posi-
tive ultimum, et beatitudinem: ergo.

Sectio 3.a

Respondetur Argumentis.

Arguitur 1.o S.tur

Augustinus sermone 1° in Psalm. 118. sic loquitur: beatum esse omnes volunt, bonum esse non omnes; hoc et boni velint, et mali. Nec mirum est, quod boni propterea sunt boni; sed illud est mirum, quod etiam mali propterea sunt mali, ut sint beati: nam quisquis libidinibus deditus luxuria stuprisque corrumpitur in hoc malo beatitudinem quaerit: quae sic S. Augustinus omnes homines peccantes, etiam ipsa sua peccata, peccatores virtualiter intendunt, et quaerunt ultimum finem, et beatitudinem. Probatur 2° ex eodem S. Augustino lib. 11. de Trinitate cap. 6. dicente: omnes istae atque tales voluntates, suos proprios fines habentes, qui referuntur ad finem illius voluntatis, qua volumus beatè vivere; quod omnes volumus, nos beatitudinem volumus; ergo nam semper, et in omni actione virtuali intendimus.

16. Ad primum respondeo S. Augustinum in objecto 1° testimonio quaerere loqui de intentione sive voluntate interpretativè tali ultimi finis, et beatitudinis, sive nimirum in eo, quod semper spectamus aliquam rationem

R. P. Thomas Jason theolog.

boni, quae ut talis est aliqua participatio sum-
mi boni, in quo solo veram beatitudinem esse
reponit, tamen est mente S. Doctoris. Hic ex
ipso lib. 2. confessionum cap. 6. dicente de peccato-
ribus: ad quodcumque creatum bonum se convertunt
nec ipsi, quatenus boni rationem habent, est ali-
qua participata perfectio divini esse tui: ideo-
que qui illud volunt, et quaerunt, sentiunt, licet
perverso modo, et ordine, divinum bonum, atque
adeo Deum, qui est omnis plenitudo boni, se
concupiscere, et velle. Deinde dici enim po-
test S. Augustinum loqui de intentione habi-
tuali ultimi finis, et beatitudinis; homo namque
semper est ita dispositus, ut si reflectat super
rationem beatitudinis communem, illam praeferat, quae
te nimirum [illegible] complacentiae, reliquis
omnibus bonitatibus, velletque nullum suum ac-
tum a tali bono se avertere.

N. 7. Hoc autem non suf-
ficit, ut simpliciter dicatur homo in omnibus
suis operationibus virtualiter intendere beati-
tudinem, alias [illegible] catholicus peccans

[illegible] virtuali amare Deum; sic enim habitua-
liter dispositi sunt, vt in plurimis, vel ceteratio
rum hominum, qui Deum agnoscunt, vt si interro-
gent, an Deum ament, vel non, statim respon-
deant, se Deum amare, et rebus omnibus illum pre-
ponere. Nonquam sufficit illa habitualis disposi-
tio ad virtualem intentionem, sed requirit ampli-
us, quod nimirum moraliter perseueret prius ha-
bita formalis intentio; haec autem, ut diximus, nec
necessario presuponitur in Creatura rationali
ad omnes alios voluntatis actus, nec si pre-
suponatur, probatur semper ita in virtute, et
moraliter perseuerare, ut vi ipsius actus om-
nes morales Creaturae in ultimum finem, et bea-
titudinem virtualiter ordinentur. testimonium in
demonstratione assumptum explicandum est de relatione
et ordinatione pure interpretativa, et habitua-
li; non autem de virtuali.

18. Arguitur 2.º S. Thomas
1.a 2.ae quest. 1. artic. 6. in responsione ad
3.um sic loquitur: non oportet, ut semper aliquis co-
gitet de ultimo fine, quandocumque aliquid oper

19.

tit, vel operat; sed virtus 1.ae intẽonis, quę est rei ultimi finis, manet in quolibet apetitu cujuscumque rei, etiã si de ultimo fine actu ñ cogitet; sicut ñ oportet, q. qui vadit p.r viã, in quolibet passu cogitet de fine. q. in S. Thomę in quolibet apetitu virtualr necessariò ẽ intentio ultimi finis: q. pbat. ex eodem S. Doctore in 2.o dist. 20. quest. 9. artic. 6. dicente: Deus movet voluntatẽ hominis sicut universalis motor ad universale obtũ voluntatis, q.d est bonũ, et sine hac universali motione homo non potest aliquid velle: q. omnis apetitus nrĩ voluntatis determinatus est â motu illo 1.o in bonũ; sed hic 1.us motus in bonũ est apetitus ultimi finis, et beatitudinis: q. Urget ex Phõ 1.o Ethicorũ cap. 7.o docente omnes eundẽ finẽ appetere, sicut felicitatẽ; atqui omnes ñ appeterent eundẽ finẽ, nisi in omni apetitu esset virtualr apetitus finis ultimi: q.

Ad argum. resp. S. Thomam ibi agere de ultimi finis intentione tantum im-
plicativè tali. Constat hoc ex ipsa ratione, quam
ibidem ultimo loco affert; inquit enim S. Doctor:
intendens quodcumque bonum particulare,
ac imperfectum ideo intendere necessario ulti-
mum finem, et perfectum bonum, quia quodcumque
bonum particulare, et imperfectum ex se ordi-
natur ad bonum ultimum, et perfectum; hæc autem
ratio solum probat voluntatem, sive intentionem
purè interpretativam, et quidem latè talem, ulti-
mi finis, licet aliqua verba objecti testimo-
nii plus aliquid sonare videantur. Ad confirmationem
dico, S. Doctorem ibi non loqui de motione
consistente in actu voluntatis, determinante
que, per modum intentionis ad omnes alios
voluntatis actus, et intentiones particu-
larium bonorum; talis namque actus existen-
tia sine fundamento diceret necessariò incitata
à Deo; sicut sine fundamento diceret neces-
sariò incita à Deo ante cognitionem om-
nes particularium veritatum cognitio quæ

21.

voni in communi, quod esset determinativum cognitionis predicatum; sed de motione consistente in ipsa voluntatis potentia, quae est ad bonum, quam quae a Deo confertur voluntati, quae sine illa nullum bonum velle posset. Ad urgentiam dico, omnes appetere finem eundem generice, quatenus omnis appetitus fertur in objectum convenientiam in ratione boni saltem apprehensi. Hinc aliasque pro virtuali intentione ultimi finis in omni actu morali.

2°. Arguitur 3.° voluntas formalis, et explicita finis ultimi, seu beatitudinis precedit omnem actum moralem voluntatis nostrae circa bonum particulare: ergo quoties postmodum hoc tendit in aliquem finem proximum, et appetit particularia bona, vult ea virtualiter propter finem ultimum. Ratio consequentiae est, quia quando praecessit intentio finis ultimi remanet ex illa intentione in voluntate virtus ad appetendum finem proximum, et particularia bona, ergo quotiescumque particulare bonum appetitum virtualiter appetit voluntas ultimum finem. Probatur antecedens: ipsi autem

possibile est, q. caa. aliq.a 2a efficiens operet, nisi præsupponat influxum caæ 1æ efficientis in operationem eandem: q. similiter repugnat, q. aliquis finis proximus moveat, nisi præsupponat influxum finis ultimi in eandem motionem. Pbat. cons. sic se hñ in linea finali movendi finis ultimus, et finis particularis, sicut in genere efficiens causandi se hñ 1. efficiens ad caas efficientes particulares, nam nimirum sibi subordinat finis ultimus fines omnes in medios, quem 1a caa efficiens omnes caas 2as efficientes particulares: q.

21. Atque hoc appellat Magister Gonet sententiæ suæ fundamentalem rationem. Sed 1o respondere posset, permisso anteced., neg. cons. cum ratione probativa. Ut quis virtualiter operet pro fine aliquo, n sufficit, q. intentio talis finis præcesserit, sed requiritur etiam, q. intentio ejusmodi, nec formaliter, nec virtualiter, nec equivalenter fuerit retractata; cumque in hominibus aliquo ex prædictis modis sæpe retractari, ejusmodi intentionem (dato nimirum,

23. q. praeterit) necessariò dicendum sit, concedendum di
cendum est, non semper virtualiter operari homines prop
ultimum finem, sive non semper operari virtute
intentionis ultimi finis. Quod autem ne
cessariò dicendum sit, intentionem illam aliquo ex prae
dictis modis retractari ab hominibus, patet ex eo,
quia non possit negari, plures homines admit
tere peccata mortalia, quae sunt vera retractatio
retractatio talis intentionis; et homines pos-
sunt, etiam juxta Adversarios, nullam omnino co
gitationem vel illius intentionis habere per multos
annos, quae, quia diuturna, ac totalis oblivio
retractatio, saltem aequivalens talis, dicenda
est.

22. Resp. principaliter neg. 2do antecedens, cujus pro
bationis, antecedens concesso, nego consequentiam, et hujus pro
bationis antecedens, cujus adjuncta probatione dis-
tinguo: non minus, et eodem modo finis ulti
mus sibi subordinat omnes fines imme
diatos, quam 1a causa efficiens omnes causas
2as efficientes particulares, nego: non minus
ex diverso modo, concedo; propterea. Ita nimis sine

pulosus videatur omissa locutione Goneti, alio-
rumque Thomistarum dicentium influxum causae 2ae prae-
supponere influxum causae 1ae, quod quidem falsum est; in-
fluxus namque causae utriusque idem realiter est, consequenter
quod dari nequit realis praesuppositio, aut priori-
tas realis unius influxus ad aliud.

23. Hoc omisso,
vel Thomistae fateri debent non dari omnimodam
similitudinem inter causam finalem ultimam, seu finem ulti-
mum relate ad fines particulares, seu non ulti-
mos, et causam 1am efficientem relate ad causas effici-
entes 2as; causa enim 2a efficiens agere nequit,
quin causa 1a efficiens sit, et immediate agat cum
eo effectum; causa vero finalis 1a, sive ultimus
finis iuxta Thomistas non debet necessario esse, sed
sufficit virtualiter movere, quando finis particula-
ris, sive non ultimus movet. Subordinat quidem
finis positive ultimus sibi reliquos omnes
fines; sed haec subordinatio sita est in eo,
quod solus talis finis non sit rationabiliter appeti-
bilis propter alios, qui omnes rationabiliter
sunt appetibiles propter ipsum ob quem bonitatem

omnes participant, tamquam ad perfectum bonum bonitatem omnem eminenter continens natura sua ordinant.

202. Arguet 2º actus, quo voluntas vult ultimum finem, est naturalis, et necessarius quoad specificationem: ergo talis actus, debet praecedere omnes actus voluntatis circa bona particularia. Probatur consequentia: voluntas prius est natura, quam potentia libera; natura enim voluntatis praesupponitur libertati, et non è contra: ergo voluntatis actus naturales, et necessarij, ut est volitio ultimi finis, et beatitudinis, praecedere debent actus liberos, quales sunt volitiones bonorum particularium. Argumentum, si quid probat, probat amorem ultimi finis, non solum quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium esse necessarium; et etiam probat omnes actus necessarios voluntatis efferantè omnes actus voluntatis liberos, quorum neutrum intendit, aut intendere potest Magister Gonet.

Dicendum ergo nostro arts in sensu

objicientis. Licet verum sit voluntatem necessitari ad non odio habendum bonitatem ultimi finis, si illum devitè proponat, non tamen necessitatur ad habendum apetitum elicitum, sive amorem circa ipsam; potest enim hæc indiferenter proponi, et proposita indiferenter, manet etiam voluntas indiferens et ad ipsum amandum, et ad suspendendum omnem actum circa ipsum; si autem ità suspenderit, ut potest, omnem afectum circa bonitatem ultimi finis, et beatitudinis; 2do bona alia particularia sive fines non positivè ultimos amet, dici non poterit, illa amare virtualiter propter ultimum finem; nullo enim actu sufficienti aplicatur è finis ultimo. ad hanc virtualem motionem.

26. Arguer 5.° ex eodem Doner: omne id quod ê varium et incertum reducitur in aliquod certum, et stabile, nè detur, processus in infinitum, sicut ob eandem rationem omnis motus in aliquid fixum, et immobile debet reduci; sed omnis volitio libera, qualis est actus circa bonum particulare, est varia, movilis, et incerta iuxta illud Sapientiæ 9.° cogitationes

27.

moralis timidi, et incerti providentis nec: quae devent reduci ad aliquam volitionem naturalem, et necessariam qualis est volitio ultimi finis, et beatitudinis, consequenter volitionem hanc presuponere devet omnis volitio circa finem particularem. Probatur: sic se habet ultimus finis in communi ad omnia bona particularia, sicut se habent particulares finis in ordine ad ipsius media; sed intentio finis particularis necessario antecedit electionem mediorum illius ordinis, ut patet in Medico, qui prius habet generalem voluntatem sanandi infirmum, quam eligat, et aplicet remedia ad sanitatem conducentia: ergo similiter intentio ultimi finis in communi debet precedere quamcumque aliam volitionem vonorum, sive finium particularium.

27. Ante responsionem quaero a Sonet, utrum volitiones Creaturae circa bona particularia immobilis, et invariabilis determinent a presuposita volitione ultimi finis, vel non si determinant: ergo volitione illae liberae non exiunt; quod enim ab aliquo necessario, imo

mobili, et invariabili determinat, non existit liberè, sed necessariò: si immobili, et invariabili non determinanti ejusdem volitiones circa bona particularia: quoniam illi praesupponitur volitio ultimi finis, quae haec voluntas non configat, redditque immobilis circa volitiones bonorum particularium. Directè, permissa majori, nego minorem. Aliud est, quod voluntas sit ex se indifferens ad hunc, vel ad illum actum, et aliud longè diversum, quod ipsius actus sint etiam indiferentes ad hoc vel illud objectum. Primum verum est de voluntate libera, quae ex se est indiferens ad volendum, vel non volendum, et ad volendum hoc objectum potius, quam objectum aliud.

28. Secundum verò est omninò falsum; amor siquidem sanitatis v.g. nequit non esse sanitatis amor, licèt possit non amari sanitas, quia talis actus non existat. Mobilitas, variabilitas, et incertitudo (si ità apellari potest) voluntatis nullo alio indiget determinativo praeter proprium actum, per quem unum potius eligit, quam aliud; imò potius nec tale aliorum determinationibus habere potest; per ipsum namque destruere

29

libertas, quae in voluntate supponit ad volitionem bonorum particularium. Ad confirmationem, nego mi. Nam finis particularis causa est mediorum ad ipsum; ultimus vero finis non semper causat intentionem finium particularium; intendens enim finem particularem, aliquando de fine ultimo non cogitavit, et aliquando finis particularis talis est, ut ab ipsius electione, sive intentione finis ultimi non moveat, sed potius hic suadeat illum fugere.

29.

Arguitur denique:
quando homo non operatur, saltem virtualiter, propter finem ultimum, non operatur more humano, et rationali modo; sed semper ac homo moraliter operatur, operari debet more humano, et rationali modo: ergo. Probatur mi: quando homo operatur modo communi irrationalibus, et brutis, non operatur more humano, et rationali modo; sed, quando homo, nec virtualiter, propter finem ultimum operatur, operatur modo communi irrationalibus et brutis; haec siquidem moventur etiam a bonitate particulari obiectorum: ergo. Argumentum implicat difficultates pertinentes ad tractatum de actibus humanis, in quo eas fusius explicui. Quoad praesens

attinet dicere sufficit, homine morali operantes discriminari à Brutis, quia agit liberè, qualiter Bruta agere non possunt; quia dirigitur concientia, saltem permittente, qua Bruta dirigi nequeunt; quia operatur strictè propter finem, propter quem Bruta strictè non agunt; et denique quia homo sæpè amat objectum spirituale, quod Bruta apetere nequeunt. Restat ad solvenda argumenta.

Sectio 2.a

An homo per peccatum lethale avertatur à Deo ultimo fine, et ad Creaturam convertatur?

3o. Aversio ab aliquo objecto duplicitur potest contingere: vel formaliter, et expressè, vel implicitè tantum, et virtualiter. Avertitur quis formaliter, et expressè ab aliquo objecto, quando habet voluntarium actum, quo formaliter, et expressè tale objectum refugiat, et appetat removeri ab ipso. Avertitur quis virtualiter tantum, et implicitè ab objecto, quando non habet

34

praedicatum aliquid, sed aliud, quod appetit obiectum cum obiecto aversionis indiiungibile, sive ipsius exclusivum. Similiter discurrendum est de contemptu, et de praeferentia, sive praelatione unius rei alterius. Non quaeritur in praesenti de aversione formali, et expressa a Deo ultimo fine; sed tantum de virtuali, et implicita; certum enim est, non omnes homines lethaliter peccantes habere actum, quo Deum formaliter, et expresse respuat, ab illoque se vellit separare; imo et certum est, aliquos peccatores simul cum peccato lethali conjungere intentionem agendi poenitentiam, per quam Deo reconcilient, ipsique adhaereant.

31.

Cum ...

Cum insuper aversio in peccato consistens et possit considerari ut effective talis, et ut talis affective: effective talis dicitur, quatenus per peccatum lethale homo se constituit obiectum odii Dei, dignum poena aeterna, remotumque a beatitudine, et ultimo fine: talis affective appellatur, quatenus ex vi affectus ad creaturam, seu obiectum peccaminosum homo se privat possessione ultimi finis, et voluntarie ponit aversionem effectivam, a Deo ultimo fine

permanendo, quod ordinat ad peccatum, quod indispensabile est ex assumpto ad talem finem. Manifesta ergo dicitur disparitas inter peccatum mortale, et veniale, ob quam licet mortale dicamus sit virtualis aversio a Deo ultimo fine, virtualisque ipsius contemptus, talis dici non possit veniale peccatum; hoc siquidem neque impedit amicitiam cum Deo, neque jure ad illam possidendam hominem privat.

32. Alii praemonstrati theologi communiter cum D. Thoma quaest. 87. artic. 3. docent, omne mortale peccatum necessario esse virtualem Dei contemptum aversionemque ab ipso, et postpositionem ipsius in creaturam, ad quam homo per mortale adhaesit, ipsam Deo praeferendo, ipsamque potius, quam Dei perfectionem amando. Oppositum docuit Adrianus quodlib. 7. quaest. 3. quem non pauci sequuntur, docens hominem per peccatum mortale non necessario, sive non semper se avertere a Deo ultimo fine, neque illum virtualiter contemnere et postponere creaturae; potest namque contingere, hominem mortaliter peccantem plus amare Deum ultimum finem, quam ipsum creatum bonum, quod per peccatum assequi intendit.

R. P. Thomas [illegible] Theolog.

33. vit Deo: hoc patet quia habes necessario aversionem, saltem virtualem, à Deo ultimo fine, et ad Creaturas conversionem. Dixi saltem virtualem; quia in sceleratissimo homine dari potest non solum virtualis, sed etiam formalis aversio à Deo. Itaque quod de aversione dicimus, intelligendum est de contemptu Dei, deque ipsius bonorum relatè ad Creaturas. Probatur ab authoritate, quae est praecipuum hujus doctrinae fundamentum: 2. Paralipomenon cap. 7º dicitur: si autem aversi fueritis, et de dereliqueritis justitias meas; Ecclesiastici 49: quorum non est corruptum cor, qui non aversi sunt à Domino, ut sit memoria illorum in beatitudine: Jeremiae cap. 2: duo::::: mala fecit Populus meus: me dereliquerunt fontem aquae vivae, et foderunt sibi cisternas dissipatas: et cap. 8: numquid, qui cadit, non resurget, et qui aversus est, non revertetur? Quarè quod aversus est Populus iste in Jerusalem aversione contentiosa?

32. Accedunt plurimae locutiones SS. P.P.rum ex quibus Augustinus lib. 12. de Civitate cap. 28. inquit: amor hic usque ad

contemptus Dei fecit Civitatem terrenam Babiloniae: et S. Chrisostomus homil. 22. in Math. 4: cupiditi ... delicioses putandi sunt Avarij, qui, cum Dominum habeant Deum, ab illo Rege mitissimo recedentes, Tiranno huic saevissimo se dediderunt. Mitto alia similia ap. Auth. passim ostendendo. Ex praedictis testimonijs deducitur ap. Scripturam Sacram et SS. PP. idem esse, hominem peccare lethaliter, ac hominem Deum contemnere, illum postponere Creaturis, se avertere à Deo ultimo fine, et ad Creaturas convertere; atqui, si idem est unum ac aliud, homo per lethale necessariò virtualiter saltem, avertitur à Deo ultimo fine, et ad Creaturas convertitur: ergo.

35.

Probatur à rationè ... : quia, praecognitis duobus bonis incompossibilibus quoad simultaneam possessionem, unum amat, ac eligit, per talem amorem, et electionem à bono alio avertitur, et removetur; sed homo, praecognitis bonitate immutabili Dei ultimi finis, et bonitate sive utilitatis, sive delectabilitatis peccati lethalis incompossibilibus quoad simultaneam possessionem, amat ac eligit bonitatem lethalis

peccati: ergo per talem amorem, ac electionem avertitur, et removetur à bonitate incommutabili Dei ultimi finis. * virtualiter Assumptum est omnino certum. Major videtur innegabilis; si enim illa non sit dicenda virtualis aversio à bono, quod non eligitur, nulla dari poterit aversio virtualis; sed sola formalis, et explicita aversio poterit aversio appellari, quod est contra sensum.

Sectio 5.a

Satisfit objectionibus.

36. Objicies 1.o: potest homo lethaliter peccare, et simul habere actum, quo malit se in nihilum redigi, quam Deum non esse; sed vi hujus actus homo lethaliter peccans magis diligit Deum, quam seipsum: ergo potest homo lethaliter peccare, quin virtualiter avertatur à Deo. Antecedens probatur, lethaliter peccantes possunt habere simul actum perfectae contritionis, cum quo peccare simul, et non peccare lethaliter, sive deserere, et non deserere amicitiam Dei, amittere, et non amittere jus ad aeternam hereditatem. Directè distinguo majorem, potest homo lethaliter pec-

care, et simul habere actum imperfectum, et sic inefficacis complacentiae, quo malit Deum Ideo: et simul habere actum perfectum, ac efficacis venebolentiae, quo malit Deum; ergo non dicitur et non de actu imperfecto, ac inefficacis complacentiae. Homo lethaliter peccans efficaciter se ipsum amat, efficaciterque quaerit sibi delectationem, aut utilitatem illam, quam sperat obtinere perpatratione peccati. Efficatia hujus affectus ad peccatum, et ad se ipsum praedominati enervari nequit per inefficatiam alterius actus dominanti ad bonitatem Dei, indeque eatque existente actu illo inefficaci in peccatore, hic a Deo aversus censetur.

37\. Objicies 1.º potest quis peccare pro proximo, et nihilominus plus se ipsum diligere, quam proximum: ergo et potest homo lethaliter peccare pro aliqua Creatura, et nihilominus plus diligere Deum, quam Creaturam illam, pro qua peccat. Antecedens negat a Doctore Acutissimo disp. 5. cap. 4, quia eo ipso, quod homo lethaliter peccat pro Amico, pro hunc se ipsum in aeternum damnat, coeteraque se, sua omnia, et ipsum Deum pro Amico contemnit; Minime per actum peccati virtualiter

37.

magis diligit proximum quam seipsum in ordine ad illa bona, quibus per peccatum lethale privatur, licet in ordine ad bona alia possit magis seipsum diligere, quam proximum, pro quo peccat. Omisso tamen ant. neg. cons. Disparitas est: quia 1.do homo lethaliter peccat propter Creaturam, amicitiam Dei deseruit, et ab eo tanquam ab ultimo fine separatur; 2.do verò peccat homo propter Amicum, nihil bonum praestat rei sui ipsius imò plerumque amor ipse Amici est, licet paliatus, sui ipsius amor.

Objicies 8.o

38.

potest filius contra voluntatem ipsius Patris servum à morte liberare, quin eo ipso plus diligat servum, quam ipsius Patrem: ergo et potest homo contra voluntatem Dei graviter peccare Creaturam amare, et nihilominus plus diligere Deum, quam Creaturam ipsam. Resp. neg. ant. de voluntate Patris habita ex rationabili causa, et graviter obligante, si enim voluntas Patris, aut non sit ex rationabili causa, aut graviter non obliget, paritas non est ad rem; lethaliter namque peccans violat legem Dei, quae nequit non esse ex gravi

justa cãa, quæ graviter obligat. Si quidem Pater graviter et rationabiliter obligaverit filium, ut Servum suum amore te non liberet, filius tale præceptum violare non poterit, quin violatione ipsa voluntatem Patris virtualiter comptenat; filius autem virtualiter contemnens voluntatem Patris pro Servo, dici nequit plus diligere Patrem, quam Servum ipsum; sed è contra plus amare Servum, quam Patrem, relatè nimirum ad illa, inter quæ fit comparatio.

39. Objicies

2°. potest quis lethaliter peccare erogatione decem aureorum ad obtinendum commodum graviter peccaminosum, et simul paratus esse ad non procurandum ejusmodi commodum, si ad ipsius consecutionem necessaria esset erogatio viginti aureorum: atqui talis homo posset simul velle erogare, non tantum viginti, sed etiam centum aureos ad sublevandam miseriam pauperum propter amorem Dei: ergo homo potest lethaliter peccare ex affectu commodi sive voluptatis graviter peccaminosæ, et nihilominus plus amare Deum quam ipsam voluptatem; ad hanc siquidem optinendam

n̄ vult erogare tantum, quantum erogare vult ob amorem Dei. Ad argumentum resp.o actum, quo predicitur homo vellet propter amorem Dei pauperum miseriam sublevare, ad summum oriri ex benevolentia aliqua imperfecta, et inefficaci erga Deum, n̄ ex perfecta amicitia, nec propter bonitatem Dei amatam sup.r omnia. Hinc homo ille, licet relatè ad centum aureos n̄ plus amet commodum, sive voluptatem, quam Deum, cum relatè ad illorum commodum, sive voluptatem n̄ amet; absolutè tamen magis amat efficaciter suum commodum, quam Deum; hinc si quidem graviter offendit, ipsius amicitiam, et possessionem deserendo, ut voluptatem assequatur.

20. Objicies 5.o potest quis lethaliter peccare cum ignorantia invincibili Dei, vel saltem cum inadvertentia ad Deum offensum; sed talis homo lethaliter peccaret, quin Deum, nec virtualiter contemneret, nec ab ipso virtualiter recederet: ergo. Resp.o neg.do maiorem eo ipso, quod quis lethaliter peccet, aliquam cognitionem, et advertentiam ad Deum offensum necessario habet. Ratio est: quod lethaliter peccans necessario cognoscit suam operationem ea gravi...

formam, saltē rationi: aliàs enī peccatū ipsius n̄ esset grave; ità autē cognoscendo operationē suā, cognoscit eandē ut opositā Deo aprehenso Austerē, ac implicitè ut capiti naturæ rationalis, et vindici eorū, quæ fiunt contrā mag. eandē. Hac brevi solutione expedimus a gravissima difficultate peccati philosophici, quæ argūtū atingit, cujusq. et resolutio pertinet ad tractatū de peccatis; ubi illā, si placuerit, videre poteritis.

91. Objicies 6.º qui lethali peccaret ex zelo indiscreto v.g. injustè ofiendendo infideles, q.ª veræ religionē amplecti n̄ vult, vel ex ignorantia judicaris, si cognitiis præfferret Deo, p.r tales actionē, vel spe veniæ obtinendæ, vel tandē, si quis, dū peccat, paratus sit, data ocasione, pro fide, et amore Dei vitā profundere n̄ senseret, Deō præferre Creaturæ: ḡ. Resp. neg. ant. Peccans lethali ex zelo indiscreto propriis irrationabilis afectu, et diametri præfferret justitiæ divinæ legi Dei statuenti terminū, intrà quos zelus propagandi, tuendiq. veræ religionē detineri debet. Culpabilis ignorans magis vult se expo

21.

nere periculo amitendi Deum, quum adhibere diligen tiam sufficientem ad tollendam ignorantiam illam, magis autem velle se exponere tali periculo, est Dei amicitiam et posetionem postponere commoditati resultanti ex omitione debitae diligentiae, et inquisitionis.

22.

Spes bene optinendae solum excludit actum, quo peccator statuat constanter permanere in ultimum tempus, et aversione a Deo, hoc est, in peccato gravi in conjungibili cum effectu remisionis, et veniae consessae; non vero exclu dit spes illa actum, quo hic, et nunc Deum virtualiter contempnat, et ab ipso avertatur peccator. Actus denique, quo lethalis peccans vellit simul vitam pro fide, et amore Dei profundere, erit sicut superius dicta, actus non perfectae contritionis, qualis est, qui in Martiribus datur, sed in efficacis cujusdam, ac simplicis complasentiae, qui nullomodo enervabit vim, et efficatiam actus peccaminosi in ordine ad tollendam amicitiam Dei, et privandum ejusdem ipsius posetione: aliam non pecca ret lethaliter tunc casus, manente autem in peccato tali vi, ac efficatia, necessario manet

in ipso ratiò virtualis contemptus Dei, et aver
tionis ab ipso.

Sectio 6.a

An homo possit operari simul propter duos fines ultimos adequatos?

93. Questio hec ferè vocalis est; magna siquidẽ ex parte pendet ipsius resolutio ab expli
catione, quã unusquisque pro suo modo cogitandi
tradidit finis ultimi. Nos dictis insistentes
supponimus, omninò implicare, aliquem tam divi-
sivè, quã simul operari propter duos fines posi-
tivè ultimos. Ratiò suppositi est: nec simul, nec
divisivè homo potest operari propter duos illos ultimos
fines, nisi hi dentur, aut saltẽ dari possint; sed duo
illi fines, nec dantur, nec dari possunt: ergo. Ratio minoris
est, quod duo illi fines non minus implicent, quã duo
veri Dij; de solo enim vero Deo verificari potest,
quod omnia sint rationabiliter appetibilia propter ipsum
ut finem, et quod ipse non sit rationabiliter appetibilis
propter alium ut finem inquo, ipso dicta stat ratiò, et
R. P. Thomas Tasson. Theolog.

conceptus finis ultimi positivè talis.

22.

Sed dices:

Ethnici adorabant plures ut Deos; sed quos ut Deus adorabant, ut fines positivè ultimos habebant: ergo falsò Ethnici, poterant operari simul propter duos fines positivè tales. Resp.º disting.do m.s Ethnici adorabant plures ut Deos veros; nego: ut Deos non veros; dando m.s explicataq.e m.s, dist.e nego conam. Licèt pluribus Ethnici nomen Dei applicarent, immeritò hoc nomen ipsis attribui propria confessione ostendebant; fatebantur enim ipso rationis lumine ducti, in unoquoq.e illorum nec residere, nec posse plenam, ac independentem potestatem, et excellentiam supra reliquorum omnium; non autem residente in unoquoque plena, ac independente potestate, ac excellentia supra reliquorum omnium, de unoquoq.e verificari minimè poterat, quod esset verus Deus, infinis ultim. positivè talis, qui ratione ejusdem independentiae, ac excellentiae habet, quod omnis sint rationabiliter expetibilia propter ipsum, et ipse non sit rationabiliter expetibilis propter aliud, ut finem.

25. De finib. ꝯ ngātivè ultimis ul timis asero: Hōo potest simul operari prop duos fines adequatos ultimos ngātivè tales. Pbar asertu: dà, Pryū v.g. strenere, petere Matritu, et ut propiâ solicitudine accelerer sententiā pendentis litis, et ut procuret dignitatē Ecclesiasticā; et ità Pryū afectū esse erga hęc duo, ut quia si spes unius obtinendi deficeret, spe manente ob tinendi aliud, viā arriperet. Modo sic: Prius in prędicto casu iter ageret, et operaret prop duos fines adequatos, et ultimos ngātivè tales: ꝯ. Pbar anter quoad 1. ptē, quoad adequationē nimirū finiū illorū: finis adequatus dicit ille, qui ità mo vet, ut ipsius motio sufficiat ad positionē, sive electionē mediorū; atqui in facta hypotesi hoc ve rificaret nū iteneris Pri, tā de accelerationes sola sententiā pendentis litis, quā de sola soli citudine Ecclesiasticę dignitatis: ꝯ tā acceleratio illa, quā solicitudo hęc esset finis adequatus suf ficiens.

26. Pbar 2.a pars: finis ngātivè ultimū ē ille, qui hic, et nunc intendit, n ordinando illū

26.

ad aliud unumquodque ad finem, licet ad illud ex natura sua ordinari possit; sed in facta hypothesi ità intenderentur ab ô Principe acceleratio sententiæ, et sollicitudo dignitatis, vel, si mavis, sententia ipsa, et ipsa assecutio dignitatis: quod confirmatur: quis potest intendere unico jejunio adimplere duplex præceptum, et ità esse affectus, ut vellet jejunare, etiamsi unicum daretur præceptum ad jejunandum obligans; sed non apparet ulla repugnantia in operatione determinata ex intentione duplicis finis adæquati, quæ in intentione illa, qua hic, et nunc adimpleat unica actione duo præcepta, quæ eadem actione adimpleret unicum præceptum, si hoc solum esset: quod urgetur: potest quis ponere actum virtuosum, qui participet rationes adæquatas, species plurium virtutum: ergo et potest ponere electionem mediorum, quæ determinetur à pluribus obiectis tamquam à finibus adæquatis.

27.

Arguet tertiò 1º idem numero effectus nequit naturaliter causari à duplici causa in actu 1º adæquata, et totali; sed electio mediorum posita propter duos fines negativè ultimos adæquatos esset

efectus, qui nāali causaret à 2plici cāā in actu 1º adequata, et totali: ꝗ. Resp.º disting.do mā. idē numero effectus nequit nāali causari à 2plici cāā phice eficienti in actu 1º adequata, et totali; ddo: à 2plici cāā n phice eficienti, sed tantū intēonali, influxiva in efectū, ngō mā. disting.º ꝗ. mj; sed etenim mediorū posita prop duos fines ngative ultimo adequatos esset efectus, qui phice eficiens nāali causaret à 2plici causa in actu 2º adequatta, et totali; ngō: qui intēonali causaret, ddo mj, ngō que coā.

28. Influxus phice efectivus est ex instinctu, ac determinatione natura, quæ superfluitas abhorret; inde q.e n pat.r 2plicis influxus adequatus efectivus, q.do unico adequato influxu existere potest efectus ille, quē intendit; influxus verò intēonalis, qualis est finis causalitas, naā n determinat, nec coartat, et ideo plures fines ità simul movere possunt ad eandē electionē, ut motio uniuscujusq.e sola suficeret ad ponendū illā electionē, ad quā plures fines actu determinant. Doctrina hæc manifesta ē in paritate supra allata actus adimpletivi duo

ry preceptorum, quorum quolibet se solo existente, actum quidem existeret.

29. Argues 2.º ultimus finis adequatus, et totalis debet totaliter dominari voluntatem: sed implicat, duos esse fines, qui totaliter voluntati dominentur, et quibus voluntas totaliter subjiciatur, et serviat: ergo. Probatur minor: ex illo Christi Domini Matthæi cap. 6: nemo potest duobus Dominis servire: ergo. Argumentum instat Dominus Pones, cujus est: idem homo potest simul servire, et obedire duobus Dominis, si hi præcipiant actionem eandem v.g. jejunium: ergo idem poterit homo eadem electione operari propter duos fines totales, et adequatos, si duo fines totaliter, et adequatè ad eandem electionem moveant, sive determinent. Directè distinguo majorem ultimus finis totalis, et adequatus debet totaliter sufficienter dominari voluntatem; concedo: totaliter exclusivè dominari voluntatem; nego majorem, et distinguo minorem; sed implicat, duos esse fines, qui totaliter sufficienter voluntati dominentur, et quibus voluntas totaliter sufficienter subjiciatur, et serviat; nego: totaliter exclusivè; concedo minorem, nego consequentiam.

50. Finis totalis sufficiens dominatur voluntati, quando ità voluntatem movet ad electionem mediorum, ut sufficiat ipsius motio ad hoc ut determinetur voluntas ad media illa eligenda, quidquid sit an detur simul, vel non detur finis alius movens ad eandem electionem. Finis totaliter exclusivè dominatur voluntati, quando ità movet, ut excludat motionem alterius finis inclinantis ad electionem eandem. Similiter discurrendum est de servitute, et subjectione voluntatis respectu finis. Deinde duo fines negativè ultimi adequati moverent ad eandem electionem, quilibet totaliter sufficiens, et neuter totaliter exclusivè dominaretur voluntati. Citato loco Mathei Christus Dominus expressè loquitur de Dominis contrariis, sive incompossibilia precipientibus, ideoque indè solum infertur, duos fines sive totales sive non totales, qui sint contrariorum, et incompossibilium causae, non posse determinare eandem operationem.

51. Argues 3.° sicut si linea complexa termino adequato, et totali terminaretur, utraque terminus esset, et non esset adequatus; ità pariter, si appetitus honestus complexus gauderet fine ultimo totali, utraque

finis esset et n̄ eet̄ adæquatus; sed hoc implicat: 9. Ratio m.ris ē: q. quidlibet ex illis finibus relinqueret extra se aliquid apetendū in ordine ad operationē illam, q. n̄ clauderet in illo tamquā parte, neq. ad ipsum ordinaret tamquā mediū; si autē hoc relinqueret esse n̄ posset finis ultim. adæquatus; sicut n̄ potest esse t.ue ultim adæquatus punctū illud, extra quod aliquod aliud ejusdē lineæ reperiret. Instat argūtū in Conet: si duo puncta existerent simul et ɔpenetrata, duo puncta possent ɔminare simul eandē lineam; atqui duo fines n̄gative ultimi, et sufficienter adæquati possunt simul objici intui, mediaq. hujus aplicatione, movere voluntatē ad eandē operationē, sive mediorū electionē: q.

52. Directè resp. n̄g. m.re Disparitas inter lineæ ɔminaonē p.r puncta et ɔminationē afectus voluntatis p.r finē manifesta ē ex facta instancia! Ad pbaonē resp. De ratione finis n̄gative ultimi sufficienter adæquati, et totalis n̄ esse, claudere in se tamquā ptē, aut ordinari ad ipsū tamquā mediū omne apetibile à volun

tate; sed solùm exigere, ità movere voluntatem, ut si solius motionis ejusdem voluntas possit determinari ad mediorum electionem. Hoc eveniret in casu factæ hipotesis nunc uniuscujusque boni propositi voluntati, consequenterque hæc tunc casus dicenda esset determinata à simplici illo bono tanquam à duobus finibus sufficienter adæquatis, et totalibus.

53. Argues 2°: eodem proportionali modo se habet voluntas hominis in ordine ad ultimum finem, ac intellectus in ordine ad 1.a prinsipia; nam ut communiter dici solet, finis se habet in apetibilibus, sicut prinsipia in speculativis; sed omnia quæ intellectus intelligit, ad unum 1.um prinsipium necessariò reducuntur: ergo et omnia, quæ voluntas apetit, necessariò referri debent ad unum finem ultimum: ergo. Respondetur argumento, in intellectu dari plura prinsipia, in quæ resolvantur ea, quæ demonstrat in particulari, indeque à paritate probari nunc in voluntate dari posse plures fines negativè ultimos, ad quos ipsius vis apetitiva, seu intentiva, terminetur.

52. Sed instat Poncius: licèt intellectus resolvat particulares conclusiones in plura 1.a prinsipia

omnia tamẽ hæc reducunt ad unũ principiũ sim-
plicẽ primũ, q. in irãm speculativo ē illud: q. libet
est ē, vel non est; et in practico: bonũ ē sequendũ;
malũ autẽ fugiendũ: ĩ similiter, licet voluntas pos-
sit habere plures fines intermedios, hi tamẽ om-
nes reduci, ac referri debent ad unũ finẽ ultimũ sim-
plicẽ. Resp.° instantiã hanc Gonet, similiaq. alia
ipsius argutã, quæ omitto, solũ probare, hominis volun-
tatẽ ñ habere nisi unicũ finem positivè ultimũ, q.
quidẽ ut omninò certũ præsupposuimũ; ñ verò suaderet
voluntatẽ respectu alicujus operationis ñ posse
habere plures fines tantũ negativè ultimos, et
sufficienter adæquatos, quod unicè intendimus.

Disputatio 2.ª

De objectiva hominis beatitudine.

Sectio 1.ª

Præmittenda traduntur.

55. Præmittendũ ē 1.°, beatitudinẽ ab aliquib.s
dividi in speculativã et practicã; in beatitudinẽ su-
positi, et potentialem; et in beatitudinẽ privatam,

et publica, seu civilis, quarum explicationes, ut parum necessarias, seu potius ut inutiles ad assumptum praesens instituto praetermitto; illas tamen, si libeat, videre poteritis apud Authores prelo datos, praesertim P. D.^m Oviedo hic controvers. 2. puncto 2. Praemittendum est 2.º praecipuas, prae oculisque habendas divisiones beatitudinis esse in naturalem, et supernaturalem, ex in, obiectivam, et formalem. Beatitudo naturalis dicitur illa, quae naturae est proportionata, quamque natura ipsa propriis, ac debitis viribus asequi potest. Supernaturalis dicitur beatitudo illa, quae omnino subiecti beatificandi excedit, quamque tale subiectum non nisi indebitis sibi viribus optinere valet. Obiectiva beatitudo appellatur bonum illud cujus asecutio, sive possessio beatum reddit; beatitudo vero formalis dicitur asecutio ipsa, sive possessio talis boni beatificantis.

56. Praemitto 3.º, naturam humanam posse considerari in pluribus statibus, quos recensent, et explicant theologi in tractatu de gratia; quoad praesens vero atinet, illa considerari vel in statu purae naturae, vel in statu naturae elevatae ad ordinem supernaturalem. Natura humana considerata in statu

R. P. Thomas Jofson. theolog.

purę nāę dicit tantū perfectiones sibi nāāli, respondentes ac debitas. Nāā humana considerata in statu elevationis dicit insuff. ordinationē homi. ad finē supernāālē, cōequē. præparationē mediorū necessariorū ad talē finē obtinendū.

57. Primitò dico, q. licèt numquam extiterit homo in statu puræ naturæ, ita tamen existere potuit. Primæ hujus veritas constat ex eo q. Pius V, et Gregorius XIII damnaverint Bajanas propōes, in quibus oppositū docebat. Propōes illę hę erant: vigesima prima: humanę nāę sublimatio, et exaltatio in consortiū divinę naturę debita fuit integritati primæ conditionis, et proinde nāālis dicenda ē, et n. supernaalis: vigesima quarta: à vanis, et otiosis hominibus secundum insipientiam philosophorū excogitata est sententia, quę ad Pelagianismū rejicienda est, hominē ab initio sic constitutū, ut per dona nāę superaddita fuerit largitate conditoris sublimatus, et in Dei filiū adoptatus: vigesima sexta: integritas primæ conditionis n. fuit indebita nāę humanę exaltatio, sed nāālis ejus conditio.

Praemittendum est 5°, plurimas fuisse Ethnicorum Philosophorum opiniones, seu potius errores circa summum bonum, sive objectum beatitudinis, ut videre est apud Lactantium cap. 7° et apud S. Augustinum lib. 19. de Civitate cap. 1°, ubi ex Marco Varrone ducentas octoginta hac super re opiniones numerat. Omnia tamen hujusmodi deliramenta claritatis gratia reduci possunt ad tria capita, ad quae Philosophus lib. 1. moralium cap. 3. reducit bona illa, in quibus summum bonum, sive beatitudinem constituebant memorati Philosophi, ad bona nimirum fortunae, sive exteriora, ad bona corporis, et ad animae bona. 58.

Bona fortunae sunt divitiae, honores, gloria, potestas, et quae his clauduntur, sive ad eadem reducuntur. Acutissimus quaest. 2 cap. 2. affirmat, se non legisse Philosophum, qui in praedictis bonis beatitudinem constituerit; dicimus autem Acutissimi solum potest esse verum de constitutione beatitudinis adaequata; in dubium si quidem est, peripateticos, aliquos in ejusmodi bonis beatitudinem inadaequate constituisse. Bona corporis sunt pulchritudo, valetudo, robur, voluptas, et quae ad haec reducuntur, ut indolentia. In

bonis hujusmodi multi beatitudinem constituerunt, ut Epicurus, teste Laertio; licèt alij in meliorem sensum Epicurum interpretentur. Sarraceni etiam, et Mahumetani hominis felicitatem collocant in carnalibus voluptatibus, quas in futura vita esse duraturas, existimant. Serinthus insuper Heresiarcha, ejusque Discipuli somniabant, se post resurrectionem ad mille annos in regno Christi sensus carnales voluptates futuros esse, indeque Heretici isti millenarij dominum sunt apellati. Bona animi sunt virtutes, et scientiae, quaeque ad ipsas reducuntur, et pertinent. In his bonis Peripathetici beatitudinem inadequatè constituerunt; illam siquidem adequatè in bonis corporis, et animae simul collocabant. In scientia beatitudinem adequatè ponebat Herillus, et similiter Aristoteles illam adequatè collocabat in honestate, et veritate.

59. Premittendum est deniq, ut omninò certum, et fide sanctum, Deum esse beatitudinem obiectivam hominis in statu elevationis; constat haec veritas ex illo Geneseos 15: ego protector

tuus sum, et merces tua magna nimis: ex Psalm. 72: pars mea Deus in æternum: ex Joanne cap. 17: hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum: ex S. Augustino lib. 19. de Civitate cap. 26: ut vita carnis anima est, ita beata vita hominis Deus est; et lib. 1. retractationum cap. 1: ipso Deo mens fruitur, ut beata sit, tanquam summo bono suo. Mitto plura alia similia. Supposito igitur inductio, Deum esse summum bonum, et objectivam beatitudinem hominis considerati quoad statum elevationis, solum restat probandum, etiam nunc hominis in statu puræ naturæ considerati Deum necessario esse summum bonum, seu beatitudinem objectivam. Hoc ut stabiliamus. Sit

Sectio 2.ª

In statu puræ naturæ Deus necessario esset objectiva hominis beatitudo.

60.

Probatur assertio titulo præfixa; in statu puræ naturæ aliquod bonum esset summum hominis bonum, ipsius consequenter objectiva beatitudo; sed nullum bonum à Deo distinctum tale bonum summum hominis, talis consequenter objectiva beatitudo

ēē posset: ꝯ necessariò Deus ēēt. Rᵉ digo mᵢ̃ⁿ ē omninò induviā. Pbatᵣ mᵢ: bonū illud à Deo distinctū vel ēēt bonū fortunæ, sivè exterius, vel bonū corporis, vel aīæ bonū ipī tradītū expli- -cationē; sed neqᵉ bona fortunæ, neqᵉ bona corpo- ris, neqᵉ bona aīæ possunt ēē sūmū hoīs bonū, ip- siusqᵉ obtivā beatitudo: ꝯ. Rᵉ pᵗ pter pbandaē. Pbatᵣ igitur parte 1ᵃ, bonū nimirū n̄ posse beatif- cari bonis fortunæ: bona hujusmodi sunt omnia hoīb.ᵘˢ bonis, et perversis; sed possessio sūmi bo- ni, et beatitudinis hoīs ità omnis ēē neq- quit: ꝯ. Deindè: assecutio horū bonorū sæpè n̄ pen- det â voluntate hoīs; sed eorū collatio, et ꝯser- vatio pendere solet ab iniqua voluntate alterius; atqui hoc manifestè ē ꝯtrâ raōnē summi boni, et beatitudinis obtivæ propriæ hoīs: ꝯ.

61.

Insupᵉ cū ejusmodi bonis ꝯpatiunᵗ plura mala corporis, et aīæ, quæ omnia excludere debet beatitudo: ꝯ. Præ- tereà: bonis illis possessis, potest adhuc homo pru- dens, ac rationabiliter desiderare plura alia bona, v.g. sanitatē, et scīā, sine quibus miserè vitā ageret;

sed, possesso summo bono, et beatitudine obiva, nihil ultrà prudens, ac rationabiliter desiderari potest; summi namque boni, et obiva beatitudo est ratione talis penes appetitum quietare, et satiare; quoque: beatitudo ea, quae sit summum bonum, sedere nequit in damnum possidentis; atqui non raro ità cedunt bona fortunae, honor, fama, potestas, et divitiae juxta illud Ecclesiastis 5.o: est et alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, divitiae conservatae in malum Domini sui: quod. Insuper: bona haec potius ordinantur ad hominem, quam homo ad ipsa: quod potius homo est finis ipsorum, quam ipsa hominis finis. tandem: divitiae principaliter sunt bonum utile, consequenter ergo sunt potius medium ad felicitatem, quam ipsa felicitas, inde est quod homines beatiores reddunt effusiones, quam possessione, juxta illud Actorum 20: Beatius est magis dare quam accipere: quod. 62.

Probatur jam 2.a pars, scilicet hominem beatificari non posse per bona corporis: beatitudo, cum sit ultimus finis, non debet ad aliud ordinari; sed omnia corporis bona ordinantur ad bona animae: quod. De indè: homo est capax beatitudinis ea parte qua rationalis est, et à Brutis discriminatur; sed ea parte

qua hōo rationalis ē, et discriminat à Brutis; ne-quit beatificari p.^r bona corporis, quę non modo sunt cōmunia Brutis, sed etiā perfectius in his, quam in homine inveniri solent; plura si quidē Bruta hōm̄ excedunt in acumine sensuū, in robore, in firmitate, valetudinis, et in longuitudine vitę: ergo. Prǽtereà: corporeę voluptates sępè sunt ratio-ni cōtrariǽ, inducunt dolores, ac infirmitates; pro-creantque infamiam, et erubescentiam; sed hęc omnia remotissima esse deuent à summo homi-nis bono, objectivāque ejusdem beatitudine: ergo. Vide plura alia hujus generis ap.^d Doct.^m An-gelicū hìc quest. 2. artic. 5, et 6.

63. Pbat.^r 3.^a pars, hōm̄ nimirū beatificari ñ posse bonis aīę se ha-bentibus ut objectiva ipsius beatitudine: sum-mū bonū, obtivāq.^e beatitudo hōīs deuet esse quid excellentius ipso homine; sed bona aīę hō-nis ñ sunt quid excellentius ipsa aā, etā fortio-ri nec hōne: ergo. Majoris ratio est, q. natura, quę recto ordine necessariò procedit, non ordi-nat nisi inferius, ad aliud tamquā ad finem.

Pz pt. inductione, inter bona namque quae prior aa ipsa numerari potest, quae absque dubio perfectior ipsa non est: nec perfectiores sunt ipsius potentiae, quae vel sunt ab aa indistinctae vel sunt accidentales, ac eorumque aa, quae substantiva est, imperfectiores sunt: nec denique perfectiores sunt aa actus scientiarum, et virtutum, quae etiam accidentales sunt: ergo. 62

Quoad scientiam attinet, addi potest, illam adquiri, et conservari non posse sine magno labore, et spiritus aflictione, juxta illud Ecclesiastici 1°. qui addit scientiam, addit laborem; de ratione vero beatitudinis est omnem laborem, et aflictionem excludere; quod vero attinet ad virtutes, addi etiam potest, quod ut notabit S. Thomas 3°. contra gentes cap. 32. illae ordinantur ad aliud, ut fortitudo ad victoriam, justitia ad servandam pacem inter homines, et sic de virtutibus aliis; ultima vero felicitas hominis, sive objectiva ipsius beatitudo ad aliud non debet ordinari, sed debet esse propter se ita appetibilis, ut in ipsa rationabiliter sistat, et quiescat hominis desiderium. 65.

Dices, factam rationem suadere, hominis felici

tatis, et objectivae beatitudinis stare non posse in memoratis bonis acceptis divisive; non vero probare, non posse stare in ipsis simul, et collective sumptis; praedicta siquidem bona sic collective accepta excellentiora, sive perfectiora sunt homine, cum sint numero infinita, omnesque hominis potentias, et sensus omnes perficiunt, cum possit omnes homines, et omnes ipsius sensus aliquo saltem bono ex inclusis in collectione gaudii, et delectationis percipiant. Sed contra est, praedictas rationes si ipsae bene perpendantur, probare non solum de bonis illis divisive, sed etiam collective sumptis; probant enim, in collectione illa necessario dari radices multas dolorum, anxietatum ac laborum hominum felicitati, et beatitudini ejusdem repugnantium; et etiam suadent, in illa collectione nihil boni invenire, quod satiet naturalis appetitus, et inclinationis ipsius, indigentiam recte concludimus solius Dei, media rationali possessione statui illi correspondente obtinendi, posse in statu puro naturae hominis esse ipsius summum bonum, ultimum felicitatis, objectivaeque beatitudinis.

Sectio 2.a

Respondetur Argumentis.

66.

Objicies 1.o in statu puræ naturæ nulla posset esse hominis beatitudo: ergo ruit, et probationes nostræ in supposito laborant. Probatur antecedens: nulla beatitudo naturalis excludit omnem miseriam hominis; sed beatitudo ex ratione talis debet excludere omnem miseriam beati: ergo. Confirmatur: homo in statu puræ naturæ essentialiter esset purus servus: ergo non posset sibi mereri præmium, et beatitudinem: ergo. Urgetur: si natura posset mereri, et habere beatitudinem, natura esset sibi sufficiens, indeque deprimeretur estimatio gratiæ; sed hoc est absurdum: ergo. Ad argumentum nego antecedens, et hujus probationem. Dico. Si Bruta adeo imperfectiora hominibus ad proprium finem ordinantur, illumque assequi possunt, a fortiori id eidem concedendum est hominibus, qui, ejus pura ipsorum natura æterna, longe irrationalia superant. Beatitudo illa in statu puræ naturæ homini concedenda consisteret in cognitione Dei abstractiva, licet valde intensa, in amore talem cognitionem subsequente, et in speciali Dei protectione removente ab homine illo pec

R. P. Thomas Jasion Theolog.

cata, dolores, mors, aliaeq. miseriae, quibus ex se subjacet humana natura. Ai praedicta omnia, tamquam essentia pertinuerit ad beatitudinem proprie illius status, an aliquod pertineret tamquam essentia, et alia tamquam proprietates, facilè colligetur ex dicendis de beatitudine status hominis ad ordinem supernaturalem elevati.

67. Ostenditur probat hominem neque in statu elevationis posse mereri apud Deum; gratia enim santificans, seu adoptiva Dei filiatio non tollit, quod homo verus servus Dei perseveret. Dicetur, concesso ant., nego conseq. Licet conditio servi, quae homini inest, jus tribuat Deo, qui Dominus est, ut omnes actiones illius accipere possit ut sibi debitas, coeteroq. ut Dominus non obligaretur ad remunerationem sive compensationem; patitur tamen conditio servi, ut Dominus ex sua liberalitate servo concedat posse suis liberis actionibus promereri praemium, ad cujus collationem Dominus obligare non posset independenter ab ejusmodi liberali concessione, sive pacto. Si ampliorem rei cujusmodi explinationem desideres, illam ex tractatu de merito, ad quem pertinet

dicere poterit. Ad urgentiã vero m.ᵒ dico. Gratia de primeret si naᵃ l.ᵒ se. considerata sufficientiã ad obtinendã supernalis beatitudinis exercendaq.ᵉ opera necessaria ad ipsius assecutionẽ n̂ verò deprimit eo quod naᵃ concedat sufficientia. praecisè ad actus purè naturales requisitos ad beatitudinẽ merè nãlẽ consequendam.

68.

Objicies 2.ᵒ cognio purè abstractiva, licèt valdè intensa, Dei n̂ quietaret, sed potius accenderet ingẽs hominis desiderio cognionis intuitivæ ejusdem Dei: ergo talis cognio per se n̂ posset esse beatitudo formalis hominis; atqui cognio Dei intuitiva, per quam solã illa cognio in esse beatitudinis hominis compleri posset, nãlr n̂ posset dari: ergo beatitudo obiva hominis existentis in pura natura n̂ posset esse Deus, sed necessariò deberet esse aliquid aliud, quod nãlr posset intuitivè cognosci. Argutẽ probat plures visiones intuitivas Dei n̂ esse formales beatitudines; quia cum sint possibiles, imò et de facto dent. visiones aliæ intuitivè Dei, quibus Deus clarius, et expressius videatur, intellus hominẽ habentiũ illas visiones Dei intuitivas minus claras n̂ quietabunt, sed poti-

trix accenderet desiderio habendi visiones alias clariores expressioresque possibiles.

69. Dicerē ergo anō de hōne in statu purę naẽ instituto. In ejusmodi statu intus hōnis satiaret cognitiōne illa abstractiva Dei; quia licet ex se possibiles essent perfectiores cognitiones, sive rationales Dei possessiones, pro illo tamen statu illa est perfectior cognitio, perfectiorque rationalis possessio Dei hōni possibilis. Doctrinę hanc necessario eẽ admitendam, constat, tunc ex dictis pro retortione, tunc ex eo, quod alias dicendus eẽt, beatos ñ satiatos, sed inquietos existere; quia carent intimiori conjunctione possibili cum Deo, qualis ẽ unio hipostatica. Insuper omnino impossibilis hōnī dicenda erit visio intuitiva Dei, quę sit ipsius beatitudo, quietativaque ipsius intus; quia cum sint possibiles infinitę vin cathegorematicę visiones intuitivę Dei sic excedentes in claritate, de nulla visione intuitiva Dei, quę existat in intu hōnis, verificari poterit, esse tam claram, tamque Dei expressivam, ut ñ sit possibilis visio alia clarior, et expretior Dei: ergo si intus hōnis nequit beatificari, et quietari, nisi cognitione,

quā cognitio alia excedere potest in claritate, ac ex-
pressione, omninò impossibile erit, intus hominem actu esse
beatum, et satiatum visione aliqua intuitiva Dei.

7°

Objicies 3°;

ex S. Thoma 1ª parte quaest. 12. artic. 1° in corpore di-
cente: Si nunquam essentia Dei videre potest intellectus crea-
tus; vel nunquam beatitudinem obtinebit, vel in alio
ejus beatitudo consistet, quam in Deo, quod alienum est à
fide: ergo juxta S. Thomam cognitio Dei abstractiva, licet
valdè intensa, omninò insufficiens esset ad beatifican-
dum hominem. Confirmatur ex eo, quod ibidem doceat S. Doctor, non
quiescere naturale desiderium hominis cognoscendi Deum, nisi
ipsius essentiam, id est, quidditativè eum cognoscat; et etiam
ultimam hominis beatitudinem stare in operatione al-
tissima, id est, perfectissima intellectus; operatio autem
altissima, sive perfectissima intellectus non est cognitio
abstractiva, sed intuitiva: ergo. Respondeo locutionem
Doctoris Angelici in argumento allatam, similesque ipsi-
us alias, ferè iisdem verbis conceptas, quas ideò prae-
mitto, valdè difficilis esse interpretationis, ideòque non esse
mirandum, si expositione verborum cortici non valdè con-
sona illas excipiam.

67. 71.

Dico 2.º S. Thomam ibi loqui de homine ut in statu elevationis ad supernaturalem beatitudinem, quo supposito, si possibilis non esset visio intuitiva Dei, necessario in alio, quam in Deo deberet poni, et deberet non poni ipsius hominis elevati beatitudo: deberet poni in alio; quia supponebatur impossibilis unicus modus proportionatus illi statui possidendi rationaliter Deum: non deberet poni; quia pro nostris rationibus constat; nullum est possibile bonum á Deo distinctum, in quo ratio obiectivè beatitudinis hominis salvari possit. Cum autem impossibilis sit hipothesis impossibilitatis visionis intuitivè Dei pro illo statu, nil mirum, si ex implicatoria illa hipothesi sequatur utrumque contradictionis extremum. Ad confirmationem respondeo in 1.ª locutione S. Thomam docere, hominem elevato desiderium cognitionis quidditativè Dei esse naturale, non prout naturale supernaturali opponitur; sed prout idem valet, ac conforme inclinationi naturae; haec enim propendet in cognitionem summi boni perfectiorem sibi possibilem, indeque in statu elevationis naturae ad ordinem supernaturalem, ipsi proposita per revelationem possibilitate, ac promissione visionis Dei intuitivae, in hanc fertur adeo facile, et firmiter, ac si solo impetu naturae procederet.

In 2.a locutione Angelicus solum tendit, beatitudinis constituendo esse in altissima sive perfectissima intus operatione de illa linea, in qua intus et beatitudo sunt, indeque si intus, et beatitudo sint de linea pure naturali, beatifica Dei cognitio erit abstractiva tantum; quia tantum haec pro illo statu possibilis est homini; erit tamen valdè intensa, et clara claritate de sua linea, ut in eadem linea altissima, et perfectissima (generice nimirum) dici possit: Si vero creaturae intus supponatur elevatus, beatitudoque tanta sit supernaturalis cognitio Dei, intuitiva devebit esse, cum pro illo statu haec sit possibilis, et perfectior cognitione mere abstractiva, licet valdè intensa. Fundamentum ad oppositionem hanc praebet ipse S. Doctor, qui 1.a parte, quaest. 62. artic. 1.o dividit beatitudinem in naturalem, et supernaturalem, docetque cum Philosopho, beatitudinem naturalem consistere in contemplatione Dei perfectissima de sua linea; divisio autem haec esset otiosa, falsumque supponeret, si in sola cognitione intuitiva Dei stare posset hominis beatitudo; talis namque cognitio, seu contemplatio Dei naturalis dari nequit, consequenterque naturalis, sive in statu pure naturali nulla esset possibilis Dei contemplatio, quae beatitudo hominis esset

possit.

73. Obijicies 2.º S. Augustinus contra Julianum saepe docet, Deum non posse privare vita aeterna creaturam suam quae nulli peccato sit obnoxia: ergo nulla possibilis est creaturae rationalis beatitudo, nisi illa quae de facto datur, quae quidem est vita aeterna. Confirmatur: idem S. Augustinus lib. 1.º confessionum cap. 1.º sic ad Deum loquitur: fecisti nos ad te, et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te: ergo in nullo statu cor hominis quietari, et satiari posset, nisi videndo Deum: ergo nulla alia possibilis est beatitudo hominis, nisi illa quae in visione Dei consistit. Ad argumentum concesso antecedente, nego consequentiam. S. Augustinus loquitur, supposita hominis elevatione, et ordinatione ad supernaturalem beatitudinem, qua elevatione, et ordinatione supposita, homo sine peccato tam originali, quam personali deserens privari a Deo non posset supernaturali beatitudine. Ad confirmationem similiter respondeo, S. Augustinum loqui supposita revelatione elevationis ac ordinationis hominis in supernaturalem beatitudinem, qua revelatione supposita, homo perfecte quiescere, et satiari nequit, nisi perfectissima illa possessione Dei promissa.

74. 70.

Objicies 5.º cognitio abstractiva Dei non est possessio ipsius: ergo Deus nequit esse objectum hominis beatitudo in statu purae naturae, in quo sola cognitio Dei abstractiva possibilis esset. Confirmatur: beatitudo objectiva est illa quae repraesentatur per beatitudinem formalem; sed per cognitionem abstractivam, quae repraesentantur, sunt Creaturae: ergo si per talem cognitionem beatificaretur homo in statu purae naturae, tunc ejusdem hominis beatitudo objectiva essent Creaturae. Urgetur: perfectior est cognitio intuitiva Angeli, quae possibilis esset in statu purae naturae, quam cognitio pure abstractiva Dei: ergo in tali statu homo potius esset beatificandus per cognitionem intuitivam Angeli, quam per cognitionem pure abstractivam Dei. Ratio consequentiae est, quia in quolibet hominis statu ipsius formalis beatitudo constituenda est in actu perfectiori possibili posse illi, cujus operatio est beatitudo formalis: ergo si in statu purae naturae homo esset beatificandus operatione intellectus, sive cognitione, potius esset beatificandus in illo statu cognitione intuitiva Angeli, quam cognitione pure abstractiva Dei.

75.

Ad argumentum nego antecedens. Licet cognitio abstractiva Dei non sit Dei possessio tam perfecta, quam perfecta est posse-

74.

tio ipsius intuitiva cognio, ē tamen vera possessio rationalis Dei; ē enim vera intentionalis Dei perceptio, in q. stat ratio possessionis rationalis. Ad 3ram rationem distinguo majorem beatitudo objectiva ē illa, quæ vel immediatè in se, vel mediatè in alio repræsentat pro statu beatitudinem; concedo: quæ repræsentat minimè in se repræsentat pro statu beatitudinem; subdistinguo: ē de facto talis; concedo: ē etiam de probabili; sive pro omni statu probabili hominis; nego majorem et data majori de repræsentatione immediata, nego consequentiam. Sensum distinctionis facile capietis, si revocetis in memoriam notionem, et distinctionem cognitionis purè abstractivè, ac intuitivè satis notam.

76. Ad urgentiam respondeo omisso antecedenti de majoritate physica perfectionis, nego 2do consequentiam, cujus probationis antecedens distinguo: in quolibet hominis statu ipsius formalis beatitudo constituenda ē in actu perfectiori probabili circa summum bonum; concedo: in actu perfectiori probabili circa quodcumque objectum; nego antecedens. In quolibet hominis statu formalis ipsius beatitudo constituenda ē in actu perfectiori probabili; qui sit circa summum bonum, et propius illius possessionem, per cujus exercitium homo debet beatificari; solus

enim actus, qui fit circa bonum illud, potest esse ejusdem boni rationalis possessio, in qua stat necessariò conceptus formalis beatitudinis hominis in quolibet statu: actus autem, qui sint circa objecta alia, licet cognitativè, et physicè perfectiones omittant, ad rationem formalem beatificandi omninò sunt inutiles, cum hominem medijs ipsis, ultimo fini, et summo bono non conjungant, ut conjungi hominem necessarium est ad beatitudinem possidendam, vel solo naturæ lumine agnovit Philosophus, qui ut diximus supra num. 72. docuit hominis beatitudinem consistere in contemplatione Dei perfectissima.

R. P. Thomas Fasson Theolog.

Disputatio 3.ª

An quælibet divina perfectio sit sufficiens objectiva beatitudo?

Sectio 1.ª

Prænotanda ad dicendorum claritatem.

77. Disputavimus solum Deum posse esse objectum beatitudinis nostræ: restat tamen investigandum, an ut nos Deus beatificet, necessarium sit, omnes divinas perfectiones, sive omnia divina prædicata cognosci: an sufficiat aliquod Dei prædicatum, sive aliquam divinam perfectionem cognosci, licet alia non cognoscantur? Duvium hoc specialem continet difficultatem in beatitudine nostra elevatam de facto existente, quæ consistit in visione Dei intuitiva, de cujus ratione esse, affirmant plures, non posse exprimere unum Dei prædicatum, quin exprimat omnia, quæ cum ipso realiter identificantur. Difficultates has latè admodum Authores disputant, nos verò eas brevius discutere conabimur. Hoc, ut assequi possimus, nonnulla sunt prænotanda.

Præsuppono 1.° in Deo á Theologis distingui prædicata essentialia, attributalia, et relativa. Essentialia dicuntur illa, quæ ad essentiam pertinent, illamque constituunt: attributalia appellantur, quæ ab essentia veluti dimanant v.g. Omnipotentia; et relativa nominantur illa, quibus divinæ personæ inter se discriminantur v.g. Paternitas. 2.° in Deo alia esse prædicata naturalia, et alia non naturalia, sive ut peritiores loquuntur Deo aliqua necessario convenire et aliqua contingenter. Deo namque necessarium est se ipsum cognoscere, et amare; contingens verò velle hujus Mundi existentiam cognoscere, pœnitentiam conditionatam Tyriorum, et videre futuram existentiam Antichristi. Præsuppono 3.° ut amplior detur resolvendis difficultatibus locus supponendum est inter divina prædicata inter se realiter identificata non dari distinctionem aliquam realem mediam, qualis est distinctio ex natura rei, aut virtualis, sed solum formalem distinctionem rationis ratiocinantis distingui inter se ejusdem prædicata.

73.

Præsuppono 1.° Beatos in Cœlo videre Deum, non solum ut unum, sed etiam ut trinum. Ita constat ex Concilio Florentino in decreto de Purgatorio ubi definit: animas, quæ sunt purgatæ in Cœlum

mens reapse, et intueri clare ipsum Deum trinum, et unum sicut est. Praenoto 5.º Beatos videre in Deo omnia illa, quae ipsi sunt materialia. Hoc indicant repetitae illae Scripturae Sacrae locutiones, quibus docemur Deum in Patria videndum a nobis esse, sicuti est. Eadem doctrina expresse traditur ab Apostolo 1.ª ad Corinthios cap. 13. dicente: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Ejusque veritatis memoriam fecit Augustinus in Soliloquiis capite 36. dicens: quid est videre faciem ad faciem, nisi cognoscere veritatem tuam, et gloriam tuam, cognoscere Patris potentiam, Filii Sapientiam, et Spiritus Sancti clementiam, ipsius summae Trinitatis, unam et indivisam essentiam. Tandem id ipsum supponit S. Thomas dum 1.ª parte quaest. 12. artic. 7.º ad 3.m docet, Beatos non comprehendere Deum, non quia non videant, quid quod in Deo; sed quia non vident perfecte ex parte obiecti, et modo videndi.

80. Praenoto 6.º Beatos non videre in Deo omnia decreta libera, et omnes stiam[?] contingentium. Ratio est: quia si ea om

nia Beati viderent nihil omninò ignorarent circa eventus Dungentes; atqui aliqua ignorant: g. Mi.or Pstat ex S. Thoma quest. 57. artic. 5.o dicente: in visione beata Angeli cognoscunt mysteria gratię, n̄ quidē omnia, neque ęqualiṫ omnes, sed 2.ū g.o Deus voluerit eis revelare. Pstat ertio ex S. Dionisio cap. 3.o de divinis nominib.s et cap. 7.o de Coelesti Hierarchia docente, Angelos inferiores à Superioribus illuminari circa divina Concilia; at qui si omnes, quia Beati, omnia novissent, illumina tione n̄ indigerent: g.u Pstat demū, et principaliṫ ex ver bis illis Christi D.ni Mathęi cap. 24: de die autē illa et hora nemo scit, nec Angeli Caelorū, nisi solus Pes.

81.

Prænoto 1.o Beatos in Patria videre aliqua de creta libera Dei, et cognoscere plures effectus Dun gentes ex Deo, sivè in Deo: audiant melliflua S.ti Bernardi verba, quę habent 5.o de consideratione cap. 4: quidni videat ibi cor Dei.? quidni ibi probet, quę sit voluntas Dei bona, et beneplacens et per fecta.? Patent viscera misericordię, patent cogi- tationes pacis, divitię salutis, mysteria bonę vo-

luntatis, Sc.^d Constat praenotati hujus veritas ex Concilio Senonensi in decretis Fidei, ubi damnatus errores eorum, qui dicebant, Sanctos ex nostris oratio nibus non posse moveri ad deprecandum Deum pro nobis quia cognoscere nequeunt nos exorare ipsos, et tamquam mediatores, et Patronos apud Deum assumere, haec habet: quum sit hoc, non modo veritati, sed Scripturis quoque dissonum, intelliget, qui Beatis perviam esse, non ignorat, uniforme illud divinitatis speculum, in quo, quidquid eorum intersit, elucescit. Accedit authoritati ratio; congruum enim est, quod Deus cum Beatis ut cum Amicis suis se gerat; atqui Amicorum principium est conciliare, saltem aliquas, mutuo se communicare: ergo.

82\.

Pro discernendis tum divinis decretis, tum creatis eventibus, tam existentibus quam futuris, unicuique Beatorum revelatis regula generalis ex S. Thoma 3. parte quaest. 7. artic. 2. est, unicuique Beatorum ea esse manifestanda, quae ad propriam uniuscujusque beatitudinem concernunt, quod idem est, ac quod docuit Senonense dum dicebat, unicuique Beatorum elucescere quidquid ipsius interesse. Hinc Beatis manifestum erit proprie uniuscujusque

prædestinationis ordo: videbunt è quot periculis, ipsi insit, divina misericordia sint exuti: intelligent quot ex iis, quæ ipsis adversa, et fortè à salutis semita removentia videbantur, ex divina pietate ordinata, aut permissa fuerint in majus ipsorum bonum, et ut finem æternæ vitæ securius, et perfectius assequerentur.

83

Videbunt Martires abundantes fructus, quos terra ipsorum sanguine fecundata quotidiè germinat: similiter Beati Prædicatores, Doctores, ac Magistri agnoscent fructus, qui ex ipsorum prædicatione, et doctrinæ post ipsorum mortem in Mundo proveniunt. Idem dicendum de Fundatoribus Religionum respectu bonorum operum, non solum illorum, quæ à Religiosis Ordinis uniuscujusque exercebuntur, sed etiam eorum, quæ ab externis consilio, aut opera Religiosorum deducentur in praxi: horum enim omnium Religionum Fundatores moralis causa extitere, consequenter æquum non est ut ipsi careant accidentali gaudio, quod ex eorundem operum cognitione in ipsis resultare necessarium est. Similiter etiam ob similem rationem discurrendum est de Beatis aliis: v.g. de Parentibus respectu bonorum operum Filiorum

79.

que pie, ut in plurimy Parentum educationi debent. hi-
to fere vocales, prolixas tamq questiones, quæ hic
discuti solent circa mody, seu circa mediu, quo Bea
ti prædicta videre, si placeat legite Pm Oviedo tract.
1° Controver. 2. à punct. 1° de his latè agentem.

82.

Prænoto 8°:
nullu Dei prædatu se habere rñ beati visionis ut
ob^tu^ tertiu, sed omnia, et singula se haberent ut
tertiu obtu rñ talis visionis. Doctrina hæc è contra
n nullos asserentes, perfectiones attributales, divi
naq relaciones, ee obtu tantu tertiu rñ beatificæ visio
nis. Ratio nræ doctrinæ ē, illud ē obtu tertiu rñ bea
tæ visionis, qd imediatè, et in se atingitur à visione
beata; atqui omnia, et singula prædata Dei necess
saria atinguitur imediatè, et in se à visione beatâ;
n enim ē hæc mediata rñ alicujus ee divini necessarij
q. Neque obstat in Deo prius ee prædata ecentialia
prædicatis attributalibus, et relativis; quæ in priô
re quæq posteriora ratione sunt, equè immediatè,
ac in se atingi possunt ab eadem cognitione, ut p. in
cognitione intuitiva hominis rñ hujus absq duvio
equè tertiu, et imediatu obtu ē rationale ac âl;

et tamē Āl in homī, prius ratione dcipit, quā ra-
tionale.

85.

Quis itā, propius ad assumpt. nēq accedere-
ter sine devitis, circa possibilitates, et impossibilita-
tem visionis intuitivę Dei præcisivè plurimas ēē
sententias: 1.ª docet, divinę essentię posse videri sine
relationibus; non verò sine attributis: 2.ª tenet, posse
divinę essentię videri sine attributis, n ac sine rela-
tionibus: 3.ª affirmat, tā sine relationibus, quā sine
attributis essentię divinę posse intuitivè videri. Sed
ex hujus opinionis Doctoribus negant aliqui, attri-
buta divinas sine essentiā intuitivè videri posse,
alij id negant de relationibus; alij verò tā de
relationibus, quā de attributis negant id ipsū. Alij
demū absolutè docent quodlibet divinū prædatū
per intuitivā visionē posse præscindi à quolibet
alio. Sed etiā inī hos ē n leve dissidiū; aliqui enī
defendunt, n fore essentialē Beatū illū, qui n vide-
ret intuitivè omnes divinas perfectiones, tā essen-
tiales, quā attributales, sā absolutas, quā rela-
tivas. Alij verò tuent sufficere ad essentialē beatitu
dinē visionem cujuscumq. prædati divini; et alij

deriq.ᵉ propugnant, sufficere, et requiri visionem in-
tuitivam divinæ essentiæ. Merum nunc sequentibus Dubiis
aperiemus.

Sectio 2.ᵃ

1.ᵃ Conclusio.

86. Ea est: essentia divina potest intuitivè videri, quin intuitivè videantur divina attri-
buta, et è contrà attributa divina intuitivè videri pos-
sunt, quin intuitivè videatur divina essentia. Ita
Scotistæ cum suo Doctore Subtili in 1.º dist.ᵉ 1.ᵃ quæst.
2.ᵃ et ex nostris non pauci cum Salas, Marcon, et Pra-
nado 1.ᵃ parte tract. 5. disp. 5. Probatur 1.º: visio in-
tuitiva divinæ essentiæ potest esse præscissiva hujus
ab attributis, et similiter visio attributorum potest esse
præscissiva horum à divina essentia; sed visio intuitiva
divinæ essentiæ hanc præscindens ab attributis esset
visio intuitiva Divinæ essentiæ, et non attributorum, et
similiter visio præscindens attributa ab essentia divi-
na esset visio attributorum, et non essentiæ: ergo. Probatur minor:
ideò visio intuitiva illa præscindere non posset, quia

ratione intuitionis visio deberet necessario exprimere, quidquid reale est objectum; sed hoc est falsum: ergo. Maior est praecipuum, ac fere unicum fundamentum Adversariorum, praesertim Thomistarum cum Gonet disput. 5. artic. 2. §. 4.

87

Probatur minor: si visio beata eo, quod intuitiva, et quidditativa sit, deberet necessario exprimere quidquid reale est objectum, nimirum Deum, visio cujuslibet Beati deberet exprimere eminentialitates omnes, quas Omnipotentia continet, consequenterque deberet cognoscere omnia possibilia: similiter cum juxta plerosque Adversariorum actus liberi divini non constituantur per terminationem aliquam extrinsecam, sed adaequate sint intrinseci Deo, omnes, et singuli Beati videbunt omnia, et singula Dei decreta; quilibet enim videt omnia ea, quae ipsius intuitiva visio repraesentat, et exprimit; atqui etiam juxta Adversarios falsum est, omnes, et singulos Beatos videre in Deo omnia possibilia, omniaque ipsius libera decreta cognoscere: ergo. Dictio haec confirmari poterit dicendis pro sequenti conclusione stabilienda.

88.

Omissis aliis argumentis Adversariorum respondeo

R. P. Thomas Jasson Theolog.

ē, quilibet Beatus in Deo videre, ac intueri quid q.d in Deo reperitur ē, omnes scilicet eminentialitates in Omnipotentia contemptas, et omnia Dei decreta, q.a tamē n̄ equali claritate ac expressione mani festantur p.r visionem quilibet, ideò n̄ cuilibet Beato equè constare de possibilitate omnium pos sibilium neq.e de existentia omnium decretorum Dei. Sed contra responsionem ē: q omnibus Beatis, licet n̄ equè extitative tamen, coeng.e clarè constat de possibi litate omnium possibilium et de existentia omnium decretorum Dei: ḡ cum veritate dici nequit aliqua decreta Dei Beatos latere, q.d ē expressè contra supra citatum Christi Domini testimonium: de die autem illa &c.a Hec autem ultima consequentia probatur: n̄ potest dici cum veritate latere aliquem id, q.d cognoscit intuitivè, et clarè, li n̄ tota illa claritate, qua id ipsum ē cognoscibile; aliàs cum ver itate dici posset in sententia Adversariorum divinæ essentiæ latere aliquos Beatos, qui ob inferiora merita cognoscunt divinæ essentiæ minus clarè alijs, quorum merita superiora fuere; atqui juxta responsio nem omnes, et singuli Beati q.a visione intuitiva gau dent necessariò intuitivè, coeng.e clarè vident omnes

eminentialitatem, et omnia decreta, quæ in Deo existunt: ergo

Arguet Itra 1º: si visio beata esset præcisiva unius divini prædicati ab alijs, visio Beata esset abstractiva; sed visio illa abstractiva dici non posset: ergo. Probatur minor: visio beata est intuitiva; sed ratio cognitionis intuitivæ est distincta immediatæ opposita rationi abstractivæ cognitionis: ergo Arguentium sola æquivocatione terorum fundatur. Respondeo distinguendo majorem si visio beata esset præcisiva unius prædicati Divini ab alio esset abstractiva, prout abstractiva idem valet ac formaliter divisiva, et intentionaliter separativa; Concedo majorem idem valet, ac mediata, et habita per species alienas; nego majorem et eadem minorem de abstractione sumpta pro intentionali divisione. Ad probationem minoris, concessa majori distinguo minorem: distincta cognitionis intuitivæ immediatæ opposita rationi cognitionis abstractivæ, prout abstractiva, idem valet ac intentionaliter divisiva, et formaliter separativa; nego: prout abstractiva idem valet, ac mediata, seu habita per species alienas; Concedo minorem. Distinctio omnibus debet esse nota, ideoque explicatione non indiget.

90.

Arguet 2º: per cognitionem intuitivam

cognoscit rem ut est in se; sed essentia divina in
se est omnipotens, immensa, &c. ergo essentia divina
nequit intuitive videri, quin videantur omnipotentia, im-
mensitas, &c. Argumentum probat, Deus necessario videri
ut potens unumquodque possibile producere, et ut
volentem omnia ea, quae vult; aliter enim non videbitur
re ipsa est, cum unusquisque Beatus in Deo necessario videre omnia possibilia,
penetrareque omnia Dei decreta. Dixerat distinguo maiorem
per visionem intuitivam cognoscit rem ut est in se, hoc est, totum
totum esse, quod in se habet; nego: cognoscit rem ut est in se,
id est, immediate in se ipsa; concedo maiorem et minorem, nego consequentiam.

De ratione intuitivae cognitionis est, quod rem immediate in suo
esse, et non tantum in alio tamquam in speculo attingat;
non autem est de ratione cognitionis intuitivae, quod repraesentet
quidquid totaliter est in se obiectum. Hoc probatur a contrario;
cognitio namque abstractiva, prout abstractiva intuitivae
opponitur, et tamen talis dicitur, etiam si attingat totum ob-
tum, eodem modo ipsum in se, et per species propias non atingat:
ergo cognitio intuitiva erit, et abstractivae opponetur, si
obiectum immediate in se, et per species propias atingat,
licet non totum, quod in obiecto est repraesentet.

91.

Arguitur 3.º divi-
na atributa formaliter includuntur in divina essentia;

sed nequit intuitivè videri divina essentia, quin intuitivè videat id, quod in ipsa essentia formaliter includitur. Resp. neg. 2.do cons. quae mihi proxsius est inintelligibilis, licet Thomistis, et aliquibus aliis videatur satis clara. Si attributa sunt attributa essentiae, aliquomodo, nimirum formaliter, ab essentia distinguuntur; si autem ab hac formaliter distinguuntur attributa, quomodo in ipsa sunt ità formaliter inclusa, ut essentia cognosci in se nequeat, quin attributa cognoscantur? Formalis dist.o sita est in eo, quod unum praedicatum cognoscatur, quin cognoscatur aliud: vel ergo divina essentia non distinguitur formaliter à divinis attributis, et consequenter haec non sunt attributa, sed formaliter essentia, vel essentia cognosci, et videri intuitivè in se potest, quin attributa cognoscantur, et videantur.

92.

Argues 2.º essentia divina gerit vices speciei impressae respectu visionis intuitivae attributorum Dei: ergo videri nequeunt attributa, quin divina essentia simul videatur. Probatur cons.: obiectum nequit videri sine specie impressa, aut sine eo, quod vices speciei impressae gerit: ergo si ad visionem attributorum Dei gerit vices speciei impressae divina essentia, haec necessario per talem visionem intui-

tivè videt. respp. omisso ante, qd sapit doctrinam Thomisticam nostrae contrariam, nego consequens, ad cujus probationem claritatis gratia disting. ante: objectum nequit videri sine specie impressa visiva, aut sine eo, quod gerit vicem speciei impressae simili visio; ergo: sine specie impressa, aut sine eo, quod gerit vicem speciei impressae concurrente ad visionem; conc. ante, nego cons. Requiritur ad visionem speciem impressam concurrere influendo; non autem est necessarium, speciem ipsam videri per visionem illam, ad quam talis species concurrit, ut velin corporea visione manifestum est.

93.

Similiter id, quod gerit vicem speciei impressae ratione vicem gerentis solum debet concurrere objectivè effectivè ad visionem, non autem videri per ipsam. Hinc licet plane admittam, divinae essentiae esse, quae gerit vicem speciei impressae ad quamlibet visionem intuitivam Dei, sive existentis, sive possibilis stare potest, quod aliquis divina attributa intuitive videat, qui intuitivè videat divinam essentiam. Notanter dixi: qui intuitivè videat, non enim veniam permittere Adversariis, si hoc contrari sint, visa divina essentia, mediatè, et indirectè ejus attributa cognosci, et similiter intuitive visio divi-

nis attributis mediatè tantum et indirectè necessario ejus cognosci divinæ essentiæ; hujusmodi namque diversitas repræsentandi essentiam, et attributa in visione intuitiva sufficiens est, ut falsificet, intuisionem ex ratione talis necessario ferri intuitivè, id est, immediatè, in ea omnia, quæ illi est objectum.

Sectio 3.a

2.a Conclusio.

92.

Cae: essentia divina potest intuitivè videri, quin intuitivè videantur divinæ relationes, et è contra relationes intuitivè videri, quin intuitivè videatur divina essentia. Idem dicendum de una divina persona non alterius. Ita citati Scotistæ, et ex nostris Prado, Arriaga et plures alii cum Mairo tract. 1. disp. 2.a quæst. unica artic. 2.o Probatur contra argumentum, quod licet à Gonet vulgare appelletur, est quidem valdè efficax: non magis repugnant in se hæc prædicata: videri intuitivè, non videri intuitivè, quam hæc: communicari non communicari, produci, non produci; sed de divina essentia potest verificari communicari, et de relatione non communicari,

89.

et de relatione verificari potest produci, et de divina essentia non produci: quod et verificari poterit, divinæ essentiæ videri intuitivè, et non videri intuitivè divinæ relationes, et è contra, videri intuitivè divinæ relationes, et non videri intuitivè divinæ essentiæ.

95.

Major clara est; communicari namque, et non communicari, produci, et non produci sunt prædata de linea phisica; videri verò intuitivè, et non videri intuitivè, prædata sunt de linea intentionali; minor autem expositio aparet ipsi esse, et non esse de linea phisica, quæ ipsi esse, et non esse de linea intentionali. Minor etiam certa est; Pater enim divinus communicat Filio essentiam, et non communicat paternitatem; et Pater in Filio producit relationem sive Filiationem, et non producit divinæ essentiæ. Sicut à paritate hac consequentia præcedens roboratur, ità etiam ratio hæc præcedenti à paritate confirmatur; licet enim aliqui diverso modo de divinis attributis, ac de divinis relationibus quoad præsens atinet discurrat; re ipsa tamen eadem debet esse pro utrisque ratio quoad divisibilitatem intuitivæ visionis sui essentiæ, ut perpendenti constabit.

96.

Sed respondent Adversarij, Patrem Eternum communicare Filio essentiam

et n. relationẽ, sed Paternitatẽ; q.a relaõ sive Paternitas n. ẽ comunicabilis, sed tantũ essentia comunicabilis; et similiter P.m pducere Filiationẽ, et n. divinã essentiã; q.a Filiatio, et n. essentia, ẽ pducibilis: cũ de totũ, q. ẽ comunicabile, comunicatur, et totũ, q. ẽ pducibile pducitur; cũ autẽ tã essentia divina, quã ipsius relationes sint intuitivè visibiles, si pariter tenes, ex ipsa contra nos infertur, n. posse intuitivè videri divinã essentiã, quĩ simul intuitivè videantur ipsius relationes; nec ẽ contra; deveat enĩ intuitivè videri totũ id, q. ẽ intuitivè visibile, sicut comunicatur, et producitur quid q. in P.e est comunicabile Filio, et quid q. in Filio ẽ producibile à P.e Responsio vitari posset, si argutũ efformaretur in his predatis: terminare ratione sui unionis hipostaticę, n. terminare ratione sui hipostaticę unionis; cũ plures narrã Adversariorũ hipostatica unio immediatè terminat tantũ ad personalitatẽ verbi; cũ tamẽ sit possibilis hipostatica unio, quę terminet etiã immediatè ad divinã naturã, consequens ẽ unio hipostatica n. terminat immediatè ad totũ id, ad quod potest immediatè terminari.

Objicies 1.o formalis beatitudo substantiae intellectivae est possessio, et adeptio summi boni; sed identitas cum natura divina procedens in Deo actualiter quae ratione intellectualis est perfectissima possessio, et adeptio summi boni: ergo talis identitas est sufficiens formalis beatitudo. Idem intellige de hypostatica unione. Majorem a Theologis receptam, minorem vero lumine naturae nota dixit Ripalda: [illegible]: ideo Deitas obiective beatificat Creaturam, quia

[illegible]
nunc obiectivè unitur; ergo Deus unitur formaliter, Deus
formalis ... Respondeo distinguo ... formalis beatitudo substantiae
intellectivae à quarundam potentiâ, et adeptio summi boni; nego:
à potentiâ, et adeptio determinatè rationalis summi boni; concedo
... sic solus in hoc sensu recepta est à Theologis expressè
dicentibus formalem beatitudinem esse ultimam perfectionem
... substantiae rationalis; ... de sola operatione
rationali verificari ... substantiae intellectivae. 196.

Replicabis
non reffert, similiter modo inferendi, possumus ... [illegible]
... ante deducere hoc consequens: ergo Deus ratione
suae immensitatis necessariò penetrativè unitur omnibus hominibus
necessariò penetrativè beatificat omnes homines. Dixerit?
Distinguo ante..., nego consequentiam. Sicut licet in linea physica ...
... maior sit, quae habet intimam penetra-
tionem, ... in praesentia obiectivè; obiectivè tamen
praesentia requiritur et sufficit ad verificandum; et ad
hoc non sufficit intima penetratio, sive esse intimè
praesentem illi, qui est beatificum obiectum, ita similiter licet
Deus ... habeat ... divinis, et hic modus illi homini
modo physicè obiectivè habendi ... sit ... perfec-
tior, physicè modus illius habendi, modo tamen obiectivè habendi

R. P. Thomas ... Theol.

133.

Dicitur modus ille sapientiae conveniens ad beatificandum sicut ille; quia videt bonum, et in aliud movens esse ultimo perfectivum intellectualis naturae.

127.

Obijcies 2º. Dicitur ipsa praecisio ad operationem intellectualem repugnantia omnium miseriarum, et omne malum tam physicum, quam morale: sed in Deo talis repugnantia sit ratio formalis beatitudinis: ergo pro priori ad omnem operationem Deo convenit formalis beatitudo: ergo pro illo priori est formaliter beatus ratione identitatis secum ipso. Ad argumentum concessa maiori, nego minorem. Beatitudo non stat in praecisa ratione repugnantia malorum, et miseriarum; sed in formali possessione omnium bonorum juxta tritum illud Boetii lib. 3º de consolatione: statu omnium bonorum aggregatione perfectus. Deitas pro priori ad omnem operationem intelligitur metaphysice exclusiva omnium miseriarum, et malorum metaphysice, et exclusiva omnium bonorum, inde pro illo priori intelligitur radicaliter beata; formaliter vel actu talis non intelligitur nisi dum intelligatur intentionaliter, perfecte, ac ultimo possidens summum bonum ratione propriae intentionalis operationis.

Objicies 3.° supponatur in Deo li

bertas ad sui visionem et amorem, ita ut ab utroque actu pro suo libito se suspendat: modo sic: tunc casu Deus esset beatus: ergo beatus esset independenter ab operatione intrinseca. Probatur antecedens: Deus tunc casu esset felicior Angelo Beato eo quod Deum videret, et amaret: ergo. Plures adhibent solutiones, quae illud potius implicant, quam explicant argumentum, quod profecto nullius roboris est. Breviter respondeo 1.° hypothesim non esse admissibilem ad argumentandum, inquirendumque libertatem, est enim implicatoria in adjecto, et sui ipsius destructiva; ex una namque parte, daxi supponit, Deum cui metaphysice necessaria est complacentia, perfecta possessio omnis boni, et ex alia supponit, illum non esse Deum; cum indueret illum posse carere perfecta possessione summi boni. De illo autem, qui Deus non esset, supponit, sine [illegible] Dei, [illegible], nec beatus, nec felicior est Angelo [illegible] Beato.

129.

Objicies 4.° si beatitudo objectiva poneretur in divitiis, formalis beatitudo consisteret in dominio, et possessione divitiarum, etiam pro priori ad visionem, et amorem divitiarum earumdem: ergo posita beatitudine nostra objectiva in Deo beatitudo formalis nostra ponenda est in possessione Dei, etiam pro priori ad visionem, et amorem ipsius Dei. Respondeo:

135. [x] unio hypostatica distinguit Christum Dominum Beatum á quocumque non beato; sed illa est formaliter beatitudo, per quam Beatus distinguitur á quocumque non beato: ergo. Ad quod dico, permisso antecedenti, nego consequentiam. Quia beatitudo ponenda in divitiis, ponenda in ultimo fine, et in perfecto satiativo rationalis naturae, beatitudo autem [illegible] sit, [illegible], neque possessio ultimi finis, nec sit perfecte satiativum rationalis creaturae, non est, cum alicui illius actibus, quibus solis assequi potest finis ultimum et perfecteque satiari rationalis natura; manifestum autem est, e contra, necessarium esse [illegible] consistere beatitudinem naturae in fine vere ultimo perfectoque fruitivo naturae rationalis.

150. Ad confirmationem distinguo majorem: per unionem hypostaticam formaliter distinguitur Christus Dominus Beatus á quocumque non Beato, nego: per unionem hypostaticam radicaliter [illegible] distinguitur Christus Dominus Beatus á quocumque non beato, concedo majorem, et distinguo minorem: sed illa est formaliter

secundo, p^o quo Beatus formaliter distinguitur a quo-
cumque non beato; 2do: per quod radicaliter talis distin-
guitur a quocumque non beato; ergo majorem, dico quod, et nunc
po[st] quod consequentia [illegible] per lumen gloriae, quod
connexum est cum visione Beata, quodcumque donum
in Beatis dispar, Beatus a non Beato distinguitur,
quia inde licet inferre lumen gloriae esse formalem
[illegible] beatitudinis; quia nimirum lumen gloriae
Beatus a non Beato distinguitur tamen ut dispositio
Beatis ad beatitudinem formalem, non vero ut ipsa forma,
qua Beatus in esse talis constituitur; et sic
[illegible] unio hypostatica, quae connectitur cum actibus aliis in
quibus consistit formaliter formalis
Beatitudo.

Disputatio 5.ª
In quonam, vel quibusdam actibus formalis nostra beatitudo consistat.
Sectio 1.ª
Sententia eligitur, et probatur.

151. In potissima hac difficultate 3. numerantur opiniones. 1.ª sententia docet, formalem nostram beatitudinem consistere adaequate in visione Dei intuitiva. Ita communiter Thomistae, et ex nostris Arriaga, Granado, Becano, et plures alij cum Oviedo 1.ª 2.ᵃᵉ tract. 1. controv. 2.ª puncto 1.º Pro hac sententia expresse militare D. Thomam judicant aliqui ex illis, qui oppositam tuentur ut P. Mainghi hic disp. 1. sect. 3.ª num. 22. 2.ª sententia defendit formalem nostram beatitudinem adaequate consistere in actu voluntatis. Haec est communis opinio Scotistarum pro se citantium D. Subtilem pluribus in locis. Pro eadem sententia stant Egidius, Maoricus, Aureolus, et alij; sed DD. isti non conveniunt inter se quisnam sit ille actus voluntatis, in quo formalis beatitudo consistit; Aureolus namque in 4.º dist. 49. docet consistere in voluntatis actu, qui sit gaudium, et delectatio de Deo clare viso: Egidius vero quodlib. 3.º quaest. 19 tenet, actum voluntatis constituentem essentialem beatitudinem esse amorem amicitiae erga Deum.

3.a sententia tenet, nec solum actum intellectus, nec solum voluntatis actum ad constituendum nostram formalem beatitudinem sufficere; sed ad hanc utrumque actum constitutive requiri. Pro hac sententia stant S. Bonaventura, inveniuntur Mayronius, Marcellius, Gabriel, Ricardus; et ex antiquis plures alij; ex recentioribus autem non pauci cum Eximio 1.a 2.ae disp. 7. sect. 1.a Pro eadem sententia stant Pontius, et Mastrius asserentes, hanc esse sententiam Scoti, qui dum tamen tenendo formalem beatitudinem principaliter in amore quam in visione consistere. Alio referre sententiam P. Rinaldi, qui consequenter ad ipsius doctrinam nuper impugnatam docet non formalem beatitudinem sufficienter consistere in solo actu intellectus, et sufficienter etiam in solo voluntatis actu, sive utrius illum legere poteritis disp. 100. de ente supernaturali à rect. 2.a Alio etiam refero Molesi, qui in 2. quaest. 8. artic. 2. tenet, beatitudinem formalem includere omnes operationes, non solum intellectus, et voluntatis, sed etiam sensus; hanc, inquam, nito referre sententiam; quia citato loco videtur Molesi potius agere de beatitudine sumpta integrali, quam de illa sumpta essentiali, ut hic accipienda est.

153.

Sit dictio: beatitudo nostra formalis adaequate essentialis

139. sistit in actu amoris, et voluntatis. Atque est expressa sententia Magistri in 2°. dist. 1°. §°. dicentis: Facta enim rationalis Creatura, quae summum bonum intelligeret, et intelligendo amaret, et amando, possideret. Doct. Angelicus, qui pluribus adeò manifestus extitit pro communi Thomistarum sententia, opinioni nostrae aliquibus locis non obscurè favere videtur: 1°. 2°. quaest. 1°. artic. 8°. haec habet: Homo, et aliae rationales Creaturae consequuntur ultimum finem cognoscendo, et amando Deum: et quaest. 2°. artic. 8°. ad 3.um pertinere charitatis est essentialis beatitudini, quantum ad dilectionem Dei: et 2°. 2°. quaest. 27. artic. 6. ad 3.um actus charitatis habet rationem finis: quia ultimum bonum hominis consistit in hoc, quod anima Deo inhaereat: et in Compendio Theologiae parte 2°. cap. 9°. perfecta beatitudo Creaturae est in eo, quod Deo sibi inhaereat cognoscendo, et amando. Et demum in 2°. dist. 22. quaest. 5. artic. 1°. in corpore: praemium essentiale hominis, quod est ejus beatitudo, consistit in perfecta conjunctione animae ad Deum, in quantum eo perfectè fruitur ut viso, et 153 amato perfectè. Ex his constat, S. Thomam non esse adeò expressum pro sententia constituente formalem beatitudinem in sola visione, ut non sit necessarium exponere

...e á D. Doct. eius, qui sententiæ illius tuentur.

Prob. 2dus:

Scripturæ, et Patres ità deuent accipi, ac exponi, ut nunquam fieri possit inter se conueniant, et non opponantur; sed ità non fieret, nisi formalis beatitudo nostra essentialiter constitueretur in actu intellectus, et in actu voluntatis: ergo in his actibus essentialiter constituenda est: maior est certissima Theologorum ac interpretum omnium regula. Prob. minor: aliqua Scripturæ, et Patrum testimonia affirmare, formalem nostram beatitudinem stare in Dei visione: alia docent, stare in amore, et alia denique in visione, et amore Dei consistere; sed testimonia hæc accipi, et exponi non possunt ità ut conueniant, et non opponantur inter se, nisi asserendo beatitudinem nostram formalem inadequatè stare in uno quoque illorum actuum, et adequatè in complexo utriusque ergo. Prob. minor: si prædicta testimonia aliquo modo accipi, ac exponi possent, ità ut conuenirent et non opponerentur, esset, dicendo, alia loqui de beatitudine essentiali sumpta, et alia de beatitudine integrali accepta; sed hæc expositio non est sustinenda, eo quod sit omnino aduersaria, cum ad illam non præbeant fundamentum testimonia, quæ eodem omnino modo de visione, ac de amore Dei in ordine ad formaliter nos beatificandum loquuntur ergo.

Ad. P. Thomas Fasson Theol.

A. 1121. ~~22~~ 155.

Sg. m^r. 2^i. sillogismi prob^r, referendo aliqua Scripturae, et PP. testim^a, ex quibus aeq. formalem beatitudinem nostram constituunt in Dei visione, haec sunt: Joannis 17: haec est vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum: Mathei 5° Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt: 1^a Joannis cap. 3° Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: Concilium Francofordiense in Epist^a ad Episcopos Hispaniae in fine ait: ut ad ejus beatissimae visionis pervenire mereamur, in qua est aeterna beatitudo, et beata aeternitas: denique S. Augustinus in Psalmum 90: nescio, quid magnum est, quod visurus ei summus, quo tota merces nostra visio est.

156. Testim^a constituentia in amore Dei formalem nostram beatitudinem haec sunt: Mathei 25: intra in gaudium Domini tui: Joannis 15: ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur: et cap. 16: gaudium vestrum nemo tollet a vobis: S^ti Augustini lib. 8° de Civitate cap. 8: qui amat, et fruitur eo, quod amat, verumque et summum bonum amat, quis eum beatum nisi miserrimus negat: et lib. 10 Confessionum cap. 22: ipsa est beata vita, gaudere ad te, de te, propter te: ipsa est, et non est altera: et lib. 5 de-

maxib.[us] Ecclesiae cap. 12: quid erit optimum homini, nisi cui inhaerere ē beatissimum? quid autem est solus Deus, cui inhaerere certè n̄ valemus, nisi dilectione amore charitatis

Æstim.[da]

Deniq.[ue] Æstimentia nrā Gratiae beatitudinis tam in actus intellectus, quam voluntatis, haec sunt: Psalmo 35: torrente voluptatis tuae potabis eos ...... et in lumine tuo videbimus lumen: Benedictus Papa XI appellatus XII. in Extravaganti Benedictus Deus relata à Castro adversus Haereses lib. 3. verbo Beatitudo sic definit: nec n̄ quod tali visione: et fruitione eorum aīae, qui jam decesserunt, sunt verè Beatae, et habent vitam aeternam, et requiem. Adeò manifesta est pro nobis haec definitio, ut Vega et alij affirment in ipsa definitione esse ab ab ab Ecclesia sententiam nrām. Non ē minus expressa pro nobis authoritas Cathecismi Romani pte 1.a cap. 12 exponentis illud Simboli vitam aeternam p.x haec: solida quidem beatitudo, quae essentialis communi nomine licet vocari, in eo sita est ut Deum videamus, ejusque pulchritudine fruamur: denique S. Bernardus ep. 11. ... si enim adhuc absentes initiat fides, et de fide ..., praesentes profectò consummati inveniet, et amor ...

123.

est cognitione et dilectione veritatis complectitur et comprehenditur) :::::::: quid ergo fortasse cuius ..dio bus animae beatitas, intra fides, et amore, id est, cognitione, et dillectione veritatis amplectitur et comprehenditur ab omnibus Sanctis longitudo, latitudo, sublimitas, et profunditas.

158. :::::: Probatur ratione 2do: ita est essentialis formalis beatitudo, quia Deus ut objectum beatificum formaliter beat Creaturam rationalem; sed Deus ut objectum beatificum formaliter beat Creaturam rationalem, per actus intellectus, et voluntatis: ergo tam in actibus intellectus, quam in actibus voluntatis consistit nostra formalis beatitudo. Major est manifesta: sicut enim formalis visio est id, quo objectum denominatur formaliter terminans potentiam visivam, et visum, ita etiam formalis beatitudo ~~formaliter est id, quo objectum~~ beatificum deno~~minatur formaliter beans. Probatur minor: Deus~~ ut objectum formaliter ~~beans~~ est ~~summum~~ et verum bonitas ~~a Creatura~~ amabiliter.

habita, et possessa; sed objectum formale beatit. prout est summa, et vera bonitas habita, et possessa per actum intellectus, et voluntatis: ergo. Probatur majoris est: quod si bonitas beati non esset summa, et infinita, sed imperfecta, et limitata non posset excludere à natura rationali omnem miseriam, consequenter nec illam reddere perfecte beatam; si autem non esset bonitas vera, sed aparens tantum, non vere sed aparenter solum Creaturam reddere beatam. Minoris ratio, est: quod objectum formale beatit. ut verum non habet per voluntatem, sed per intellectum; ut bonum vero non habetur per intellectum, sed per voluntatem.

Confirmatur: 159.

beatitudo formalis est adequata satietas Creaturae rationalis, qua talis; sed haec satietas non fiat sine complexo actuum intellectus, et voluntatis: ergo. Probatur majoris est: quod, qui non est plene et adequate satiatus, non est plene quietus, et felix, sed inquietus adhuc, consequenterque non Beatus. Probatur minor: Creatura rationalis ut talis habet duplicem appetitum, sive inclinationem, intellectus nimirum, et voluntatis;

apetitus, qui non nisi amore potest satiari, ille so-
la visione potest satiari: ergo. Urgetur et appli-
catur ratio facta: appetitus, qui est in Creatu-
ra rationali erga summum bonum non satiatur
sola visione summi boni: ergo in sola ipsa non
consistit perfecta Creaturae satietas, adaequata
que ipsius beatitudo. Probatur antecedens: appetitus,
qui posita visione innata exigit amorem, et cum
hoc est naturaliter connexus, non satiatur visio-
ne nec satiari potest, donec existat amor; sed
appetitus, qui (este anno el lunes, que era de
tres, pasados, por que no fuimos a Clase la an-
te Vispera de S. Sebastian, por la mucha agua
que llovio, y haviendo preguntado el Maestro
de Prima al Prefecto general si havian de escri-
vir no haviendo Colegiales respondio que aunque no
huviese ninguno de ellos escriviesse y escrivieron
no mas de 3 Padres, por lo que se pone aqui)
sed appetitus, qui est in Creatura rationali erga summum bonum,
posita visione innate exigit amorem Dei, et cum amore illo ma-
xime connectitur: ergo. Maior est manifesta: appetitus, qui, partiali violentia nega-
tione tamen non satiatur; sed talis appetitus Creaturae patitur

videmq. q. posita visione Dei amor ipsius negaret: q. c.

Sectio 2.ª

Adversariorum responsiones.

160.

Respondent 1.º Adversarij, verba citata cap. 17. Joannis: *hæc ē vita æterna &c.* n. devere intelligi de visione Dei intuitiva, sed de cognitione Dei enigmatica, et obscura, quali habet. p.r fidem, cuius cognitio dicit. *vita æterna*, quatenus ad hanc præparat, et disponit. Sed contra responsionē est, quod, licet verum sit, verba illa intelligi posse de notitia Dei enigmatica, et obscura, quali habet. p.r fidem, intelligi etiā possunt de visione Dei clara, et intuitiva, quæ habet. in Patria, et ità prædicta verba accipiunt Origenes, S. Augustinus, S. Laurentius Justinianus, Innocentius III, et plures alij, ut videre ē ap. d. Interpretes sacræ paginæ.

161.

Respondent 2.º Notitiæ cognitionē Dei citato loco vitæ æternæ appellari; n. q.ª sit essentialis beatitudo, sed, q.ª cognitio est vita spiritualis, et cognitio Dei, quæ est in Patria vita actualis est in æternū duratura: Atq.ª ē N.º eod. sensu citato

loco Cornelius accipit li vita aeterna, in 1.º similiter 12. Tobiae, ubi dicitur: quoniam eleemosyna facit invenire misericordiam, et vitam aeternam; et in Actorum 13. ubi dicitur: quotquot erant praeordinati in vitam aeternam; sed in his locis vita aeterna absque dubio accipienda est de beatitudine.

Dices contra: Stattis nostra doctrina; quia eo ipso, quod in aliis testimoniis ita accipiatur, probatur hunc esse familiarem sensum Scripturarum. Respondetur 2.º ex responsione inferri, non aliam nec potiori iure visionem Dei posse dici vitam aeternam, quam dolor Damnatorum; hic enim est eius vita actualis, et in aeternum duraturus; sed non dicere, non aliud sensum est: Dices

162. Respondent 3.º Vonet, et alii, adversariorum Scripturam Patrumque testimonia solum probare, in Beatis de facto existere visionem Dei, et ipsius amorem: ex hoc tamen minime inferri, unum, vel utrumque aequè esse de essentia beatitudinis, sive de ipsius formali beatitudinis constitutione; quae sunt namque metaphysicae, seu de metaphysicis essentiis rerum ab Scriptura non definiuntur, sed scholasticis disputandae relinquuntur. Sed contra est, quia licet Scriptura, et plures Patres, vix scholastici non declarent constitutivum formale beatitudinis, declarant tamen beatitudinis naturam.

illiusq. tri significatus, quos deuent impleri ad scholas
ticè assignandæ metaphysicæ beatitudinis essentiæ; atqui ad
implendus significatus illud designatus ab Scriptura, et PP. a
tribus n. sufficit essentiæ beatitudinis consistenta in solo
actu intus, aut in solo voluntatis actu; implet vero p.
beatitudinis consistenta in utroq. actu: g. Præterea: Scrip
turæ verba accipi deuent in sensu strictiori, quos sine
inconvenienti accipi possunt; sed sine inconvenienti pos
sunt accipi in sensu opinionis nræ, qui procul du
biò strictior est sensu, in quo Adversarij testim. illa
accipi volunt: g.

163.

Respondet 2º. P. Ripalda testim.
Scripturæ et Patrum melius explicari, si dicatur, quod beatitu
dinis sufficiens consistere in actu intus, et sufficiens esse in
actu voluntatis; quæ exigendo necessariò ad beatitudinis
constitutionem actum utrumq. consequenter melius in sua opinio
ne, quæ in nra sententia, predicta testim. explicari. Sed
contra e: quod licet aliquibus tantùm testimonijs aterius; illis
nimirùm, quæ 1º et 2º loco relata sunt explicatio Patris
Ripalda sufficiens appareat, omnibus tamen testimonijs alijs
illis nimirùm, quæ relata sunt 3º loco n. modo n. melior, sed
penitus insufficiens, ac incongrua explicatio ejusmodi

inveniet; hic namque ex ipsis.ni. expresse requirunt intuitio Dei, et amor ad perfectam beatitudinem ut consideranti patebit: ergo

162. Respondeo 5.° Ponitur cum ipso frequenti Thomistarum: Deum objectum formale beatificans esse quid verum, et summum bonum: hoc tamen discrimine inter rationem veritatis, et bonitatis, quod veritas est ratio formalis sub qua; bonitas vero non est ratio formalis sub qua, sed ratio formalis quae; beatitudo namque intuitiva in Deo non solum intelligit veritatem Dei, sed etiam rationem entis, et boni, aliaque Dei praedicta, consequenter beatus per visionem non solum assequitur veritatem Dei, sed etiam illius bonitatem, pulchritudinem &c.a Cum autem haec omnia attingat sub eadem ratione veri, inde est quod veritas sit ratio formalis sub qua, et bonitas ratio formalis quae tantum. Et horum ratio est: illa est ratio formalis sub qua ratione cujus Creatura assequitur, et possidet Deum objectum beatificum per voluntatem sed per intuitum; hic enim est qui trahit ad se suum objectum; voluntas vero in objectum fertur, et ab ipso trahitur, consequenter quod objectum potius assequitur, et possidet voluntatem, quam voluntas objectum.

165. Contra est 1.° Deum possidere, et Deo adhaerere

Scriptura et Patrib. illa est: sed beatus n. minus p. vo
luntatem, quae p. actum Deo adhaeret: q. non minus p. volun
tatem, quae p. intellectum Deum possident: 3. Ita est D. Th. bea
titudo formalis hominis est conjunctio hujus cum Deo suo
ultimo fine; sed homo non minus conjungitur cum
Deo suo ultimo fine, p. voluntatis actum, quo fer
tur in Deum (este parentesis no sirve, y es la razon)
quo fert. in Deum, quam p. actum intellectus quo Deus ad se trahit:
q. beat. n. minus conjungunt, sive approximati efficiuntur Petrus
et Paulus, si Petrus trahatur ad Paulum, quam si Paulus trahatur
ad Petrum: q. Ita est D. Th. principalis: Deus ... esse ... [illegible]
ans; n. solum dicitur bonitas cognita, sed etiam bonitas amata:
[illegible] fit de metaphoricis illis tractionis [illegible]
[illegible], et tractionis voluntatis ad obj., formalis beatitudo neces
sario constituenda est tam in actu intellectus, quam in actu volun
tatis: [illegible] ans.: bonitas, praecise cognita, non sufficit ad fe
licitatem, [illegible] nec beatissime, [illegible]: [illegible] in bonitate
inimici praecise cognita, quae potius maerorem et tristitiam
causare solet in cognoscente, quam gaudium et jucunditatem: q.

Respondent 6.° 166.

[illegible] beatitudinis deberet esse satietas utriusque intellectus, et vo
luntatis: at n. satietas formalis [illegible], sed [illegible]

161.

nimium intur satietas formalis, et non abstractas; sicut voluntatis, satietas radicali consistente in eo, quod visio intuitiva Dei talis naturae sit ut ipsa habeat velle eius, seu Dei amorem, qui est formalis satietas voluntatis; ad modum, quo (inquiunt ita respondentes) licet beatitudo debeat esse plena et perfecta satietas potentiae, tamen debet formaliter satiare potentias omnes, et sensus hominis; sed sufficit ipsas, formaliter satiet potentias rationales, et tantum radicaliter satiet potentias alias et sensus, quatenus ex visione [illegible], et sensus tali satiativo beatitudo essentialis connectatur.

Sed contra est:

167.

radicalis satietas tantum est radicalis beatitudo; sola enim illa ratione, qua quis satiatus est, dici potest beatus: sed sola visione Creaturae rationalis intellectus erit formaliter beata, et haec voluntas erit tantum radicaliter beata: ergo inadaequate tantum erit formaliter beata. Confirmatur: si ad formalem beatitudinem voluntatis sufficit radicalis satietas ipsius, etiam ad formalem beatitudinem intellectus sufficiet ipsius radicalis satietas; eadem enim est pro utroque ratio beatitudinis radicalis: sed solo lumine gloriae, quod est etiam, et velut radix intuitivae visionis Dei, intellectus erit formaliter beatus. Ergo id, quod addit de sufficientia radicalis satietatis, potentiis ut intus, et vo-

lucrare ultimam ad assecutionem adequatae essentialis beatitudinis dicendum est, magnam esse disparitatem inter potentias utrasque in ordine ad beatitudinem: Prob. 1.° ex Doctrina Scripturae, et Patrum nobis constat, essentialem beatitudinem eandem esse, sive quoad speciem actum haberi in Angelis, et hominibus; atqui in Angelis non sunt potentiae materiales, et sensitivae: ergo in harum actionibus non stat communis horum beatitudo; alias enim haec non posset esse communis Angelis.

2.° ex definitione Benedicti XI supra citata nobis constat, animas à corporibus separatas verè, consummateque, ac perfectè, esse beatas; atqui in statu separationis à corporibus actus aliorum exercere non possunt nisi actus intellectus et nisi actus intellectus et voluntatis: ergo in his stat ipsarum adaequata essentialis beatitudo: Prob. 3.° demum: beatitudo essentialis stare nequit, nisi in actibus, qui sint assecutio, et possessio beatitudinis obiecti nempè Dei; atqui soli actus intellectus, et voluntatis, possunt esse ejusmodi assecutio, et possessio: ergo. Major constat ex supra dictis; minor verò etiam est manifesta; assecutio namque et possessio obiecti beatitudinis non habetur, nisi per actus, qui attingere, et versari immediatè possint circa beatitudinis obiectum, nimirum Deum; atqui soli

actus intellectûs et voluntatis possunt immediatè attingere et versari circà Deum; objectum namque spirituale nequit immediatè attingi, nisi ab actibus spiritualibus, ergo.

Sectio 3.ª

Argumentum 2.da pro Thomistarum sententia.

163. Argueritur 1.º S. Augustinus vel in loco à nobis citato supra num. 456. docet, quod tota merces nostra visio est: ergo non simul amor. Confirmatur ex eodem S.to Augustino in soliloquiis cap. 16. dicente: hoc est plena beatitudo, et tota glorificatio hominis videre faciem Dei; quam doctrinam didicit Augustinus ex S. Hieronimo, qui teste Carthusiano in 2.º dist. 29, apparuit Augustino, huicque dicit, jam gloriâ coronatus: tota beatitudo nostra est videre, nec est unus nostrum beatior alio, nisi in quantum faciem Dei clarius videt: ergo. Argumento respondeo, quod si apud S. Augustinum non alia, nisi quae ex dictis locis desumuntur, haberentur de beatitudine verba, aliquo jure possent Adversarii gloriari S.tis

vos.[n] ipsi faverent; ut vero ex aliis pluribus locis à nobis insinuatis constet, illum non minus expressè in amore, quam in visione formale beatitudinis constituisse, necessariò dicendum est, obtu loco non exclusisse à constitutione beatitudinis amorem, sed intendisse solum denotare, stante visione Dei, necessariò stare totum meritum nostrum; quod hic est partiale in ipsa visione, et partiale etiam in eo, quod à visione non est separabile, nimirum in amore, qui à visione naturaliter descendit.

170.

Si mavis respondere, poteris cum P.e Hulloa de Deo disp. 5. cap. 2. S. Augustinum ibi loqui non de visione purè speculativa, et arida; sed de visione dulci, et letificante, quae quidem includit actum voluntatis. Fundamentum ad hanc expositionem desumitur ex ipso S. Augustino, qui post relata verba hic addidit: *Beatificavit nos, quomodo videre modo ab Angelis*. Eadem solutio aplicari potest objectioni, quae supponit revelationem, de qua satis non constat. Praeterea: tam argumentum, quod objectioni dici, potest ex P.e Mair, quod sicut, quando Scriptura dicit, fidem justificare impium, et similia, ibi pro toto accipere dicendum, fide nimirum pro conjuncto ex fide aliisque virtutibus, ità etiam citâ

tu hic verba Augustini accipienda esse, dicendo quod S. Doct.m per visionem intellexisse, conjunctam cum visione ipsa, et amore ad illam subsecuto. Expositio hec dura videri nequit Thomistis, qui bene sciunt S. Thomam quest. 22. de veritate artic. 11. ad 11. docere, S. Gregorium per intelligere non significare precise intelligere ipsum, sed etiam diligere.

Itaque 2.o S. Thomas 1.a 2.e

171.

quest. 3. artic. 4. in corpore ait: quantum ad id, quod est essentialiter ipsa beatitudo impossibile est quod consistat in actu voluntatis: ergo testimonia huic opponenda sunt illa, que dedimus supra, in quibus S. Doct.m nobis favere videtur. Dicere respondeo, ipsum Doct.m Angelicum 3.o contra gentes cap. 26 ubi de hoc late disputat, saepe ponere beatitudinem principalem et magis stare in actu intellectus, quam in actu voluntatis; [illegible] autem [illegible] positis necessario supponant, consistere S. Thomam judicasse, beatitudinem consistere etiam, licet non aeque principaliter, in actu amoris; qui loquendi modus nihil aliud significat, nisi intellectionem in principiis S. Thomae esse operationem nobiliorem ac perfectiorem operatione voluntatis. Sicut et quando dicimus

in hom̃e rationale esse, principalius animali, n̄ excludim.^s ab essentia homĩs animal, sed tantũ denotare intendimus, rationale esse constitutivũ homĩs ex se perfectius constituti vo al, ita similiter qdo S. Thomas asserit, beatitudinẽ esse magis sive principaliter in visione, solũ intendit significare perfectius beatitudinis constitutivũ esse visionẽ, n̄ tamen amorẽ n̄ excludit, sed potius supponit, in beatitudinis dari aliud constitutivũ, licet ex se minus perfectũ.

Itaque est 172.

Ct.^o beatitudo nr̃a obiectiva ẽ unica, et omninò simplex: ergo etiã beatitudo nr̃a formalis unica, et omninò simplex debet esse: ergo stare debet in sola visione, quæ ẽ v.^a nr̃a simplex operatio. Confirmatur: cãa, et ipsius effectus nequeunt constituere eandẽ essentiã; sed visiò intuitiva Dei ẽ cãa amoris ipsius Dei: ergo nequit simul cũ amore constituere essentiã formalis beatitudinis. 1.º Ratio: nr̃a beatitudo debet esse operatiò nr̃a, perfectissima, et optima, ut docet Philus 10. Ethicorũ cap. 7; sed sola visiò talis ẽ: ergo etc. Respondeo distinguo ant: beatitudo nr̃a obiectiva ẽ unica et omninò simplex realiter, concedo: unica, et omninò simplex formaliter, nego ant, et conseq. In Deo dantur veritas, et bonitas realiter identificatæ,

finali, cum distinct, a quo dist. fiebat, ut ad ipsos potentiæ cominari cum dicunt nostri, qui in ipsa necessario cominari debent ad beatitudinem obtinendam, ut loco fit adæquate essentialiter beatus, non enim adæquate essentialiter beatificat, nisi et per actus intellectus, et per actum voluntatis, quo videat Deum, hoc dicto satis.

173.

Ad difficultatem non nunc dictam ... producere constituitur per visionem, et per amorem, qui tamen est essentia; sicut hoc totum aqua frigida constituitur ex aqua et frigiditate, quæ ab aqua producitur. Ad urgentiam respondeo sub hac esse an visio perfectior sit amore, an è contra amor perfectior visione? Thomistæ pro maiori perfectione visionis stant; Scotistæ verò pro excessu perfectionis in amore. Thomistarum fundamentum est: visio est radix amoris, et etiam similitudo obiecti: per visionem magis, quam per amorem Deus glorificatur, cum gloria definiatur: clara cum laude notitia: intellectus est perspicax; voluntas verò est potentia cæca, actus autem potentiæ perspicacis ex se perfectiores, et præferendi videntur actibus potentiæ cæcæ.

179.

Scotistarum fundamentum est contra sunt: amor est quasi finis visionis; hæc enim ad ipsum

ordinet: sicut autem charitatis in via perfectior est fidei actu, ita etiam in Patria videt, atque amoris praestare intellectioni; ordo namque Seraphinorum, qui ab intensione amoris tales dicuntur, praefert ordi Cherubinorum, qui tales à perfectione scientiae nominantur: voluntas denique est potentia libera; intellectus verò potentia necessaria; libertas autem absque dubio est perfectio praeferenda necessitati. Utriusque hujus opinionis perpensis fundamentis, non pauci ex Nostratibus judicant, nec visionem absolutè esse perfectiorem amore, nec amorem absolutè perfectiorem visione; sed se mutuo excedere, et excedi, itaut perfectiones, quae reperiuntur in visione, et non in amore compensentur per perfectiones illas, quae in amore, et non in visione reperiuntur, indeque evadant visio, et amor in perfectione aequales.

175.

Litis hujus davimus infrà resolutionem, quae necessaria non est ad solutionem urgentis, ad quam respondeo distinguendo majorem: nostra beatitudo debet esse operatio maxima perfectissima, et optima intra unius tantum potentiae; nego: intra omnis potentiae beatificabilis; distinguo majorem, distinguo et minorem; sed visio talis est intra unius tantum potentiae, nimirum intellectus: Distinguo: intra omnis potentiae beatificabilis; nego minorem et consequentiam.

Restat adæquata essentiali beatitudo, quæ perfectè sa tiet, et quietet subjectum beatificandum; natura autem rationalis nequit perfectè satiari, et quietari, nisi possideat Deum per intellectum, et voluntatem, per quas potentias potest illum rationalis possidere; alias enim talis natura insatiata, inrequieta que manebit.

176. Arguitur 2.º essentialis beatitudo adæquatè consistit in assecutione, et possessione ultimi finis; sed per solam visionem assequimur, et possidemus nostrum finem ultimum: ergo. Probatur minor; quia solus intellectus trahit ad se suum objectum, et illud possidet; voluntas verò non trahit, sed trahitur ab objecto, ab eodem quem possidet: ergo. Confirmatur: operatio illa est vera assecutio. et possessio Dei, qua Deus ità ponit in potestate Beati ut ratione illius possessionis Beatus possit perfrui omne commodum, quod ab ipso Deo persipere valet Beatus; sed ratione visionis Dei Beatus persipere potest omne Commodum, quod ex Deo persipere valet Beatus: ergo. Ad argumentum consequentia negatur, negando minorem, et ipsius probationem, cujus doctrinam jam impugnavimus supra num. 166.

177. Ibi dictis addere poteri tis, negari non posse in principijs D. Thomæ, non solum

intellectionis, sed etiam amoris, esse assecutionis, et possessionis obiecti. Hoc ostendit ex ipso S. Doctore 1a 2ae quaest. 37. art. 1o dicente: ex hoc, quod aliquis est alicuius amator, provenit impressio quaedam rei amatae in affectu amantis, secundum quam amatum dicitur esse in amante, sicut intellectum in intelligente: quod ipse S. Thomas, sicut intellectus assequitur, et possidet id, quod intelligit, ita etiam voluntas assequitur, et possidet id, quod amat. Doctrinam hanc didicerat S. Thomas ex illo Joannis cap. 4o: qui manet in charitate in Deo manet, et Deus in eo; et ex illo Apostoli ad Philippenses 1o: eo quod vos habeam in corde, hoc est, vos possideam per charitatem.

178.

Ad rationem dico, assecutionem, et possessionem Dei esse non qua possideri possit, sed qua re ipsa, et actu percipiatur omne commodum, quod ex Deo percipiendum est Beato, ideoque sicut licet omnino tamen visionis intuitivae esse, qua percipi potest, quo modo non sit, qua actu percipiatur omne commodum, quod ex ipso Deo percipiendum est Beato, formalis assecutio, et possessio Dei, simpliciter adaequata, sola visio dicenda non erit. Ex ratione namque huius, etenim, quia alias homo dicendus esset formaliter Beatus, et assequens, ac possidens Deum per habitum luminis gloriae; ut namque talis luminis homo reddit potentem percipere omne commodum ex Deo percipiendum Beato; reddit enim potentem ad visionem

beatus, nec, neque, iuxta Thomistas, omne modus cognoscendi Deum, prout
cognoscendus, reperitur a Beato, licet formalis constituit, et possidet
habeat. Constat ergo negandum esse instantiam nullo in sensu esse explica
to.

179. Arguet 5.° in signo visionis iam datur formalis beati
tudo; sed in signo illo non datur amor: ergo. Probatur minor, ergo
contingeret Beatum non esse illum, qui Deum intuitive videt. Probatur:
actus voluntatis non est suus volitus: ergo non constituit beatitudinem
formalem. Ad argumentum respondeo maiorem de beatitudine adaequata. Ad
rationem probationis dico, eodem modo, probari etiam posse, bea
titudinem formalem consistere in habitione luminis gloriae; nam
etiam repugnat, habentem tale lumen non esse Beatum; lumen
nam enim gloriae cum beatitudine connectitur. Ad ergo eo
modo: actus intuitionis non est suus cognitus: ergo formalis beatitudo non stat
formaliter in actu intuitionis. Dixerim, consequentia, Aristoteli, ergo [?] 14
amor sit formalis inadaequata beatitudo, non requirit, ut ipse
sit suus volitus; sed ut sit ratio, qua perfecte [?] tive
assequatur suum volibile, id est, Deum omnibus amabilibus
amabiliorem.

Sectio 2.a

Alia argumenta.

180.

Argues 6.o Deus ē adequate formaliter Beatus per solum a se intuitum; atqui nostra formalis beatitudo ē participatio beatitudinis divinæ: ergo. Confirmatur: beatitudo nostra formalis ē illa, cujus privatio ē pœna damni; sed privatio solius visionis Dei ē pœna damni: ergo. Ad argumentum nego minorem; eadem namque rationes, quæ de Creaturis probant, probant etiam, quod Deus nequit intelligi perfecte formaliter Beatus, quin intelligatur, et se ipsum perfecte cognoscens, et se ipsum perfecte amans. Ad confirmationem dissimulata majori, nego minorem. Pœna damni præcipuum stat etiam in privatione amoris amicabilis Dei. Si vero modo dicitur, pœnam damni sæpe explicari sola expressione privationis visionis intuitivæ Dei; hoc autem dicitur, quia privatio visionis necessario inducit privationem beatifici amoris, consequenter in privatione ipsa visionis privatio amoris sub intelligitur.

181.

Argues 7.o illud ē beatitudo formalis adequata, quod vere distinguit beatum a non beato, et a radice aliorum, quæ ad formalem beatitudinem pertinent; sed talis ē sola visio

invisibilia Dei: ergo cum pulchritudo divina possideatur sola visione: ergo in hac sola stat beatitudo. Probatur antecedens: Pulchra spectacula possidentur solo visu: ergo. Urgetur: sola visio est similitudo cum Deo; sed in hac similitudine stat beatitudo, ut constat ex Epist. I.a Joannis cap. 3: *similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est*: ergo. R. argumentum ipso meo, quod quam induvia videtur Thomistis. Adaequata formalis beatitudo est illud, quo formaliter intellectu praeditus intelligitur beatus adaequate talis; ita autem formaliter adaequate intelligi requirit, quod et visio, et amor formaliter intelligantur, ut constat ex rationibus nostris. Doctrina manifesta est in constitutivis rerum aliarum; Equus enim v.g. formaliter adaequate non constituitur sola hinnibilitate, qua R. distinguitur ab omni non ipso, quaeque radix est propria ejus Equi, sed etiam animalitate, quae necessario debet formaliter intelligi, ut formaliter adaequate Equus intelligatur.

182. Ad Urgentem nego antecedens, et probationis etiam antecedens. Homo etiam in substantia, quae ad voluntatem pertinet, pulchra spectacula possidet: alias non magis, sed potius minus Bruta, quae ut in plurimis acutiori visu gaudent, ea possiderent. Insuper etiam si omitterem, Deus ut est

possessio pulchritudo sola visione possidere, tenderemus amore ut objectum beatificum est, possideri ejus per voluntatem; sed tale namque objectum est, est formalis bonitas; et atque formalis bonitas est, per voluntatem possideri decet. Ad urgenciam respondeo negando minorem. Homo beatus per amorem etiam assimilatur Deo, qui idem objectum, ac homo beatus amat. Joannis testimonium nihil in contrarium evincit; licet enim affirmet in cognitione stare similitudinem nostri cum Deo, minime negat, stare ejus similitudinem quidem in amore: et quidem in hoc stare non modo similitudinis, sed etiam identitatis quandoque, et equalitatis, qua suadet commune illud effatum: amicus est alter ego. Respondeo 2o. permissa maiori distinguo minorem: sed in hac similitudine stat beatitudo in adequata; concedo: beatitudo adequata; nego minorem, et consequentiam. Constat distinctio.

183.

Arguet 8o. actus voluntatis affectivè tendens in objectum, vel est desiderium boni, vel est gaudium de illo; atqui neutrum horum est objecti possessio: ergo. Probatur minor: desiderium est de bono absente sive nondum possesso, seu de bono cujus possessio nondum habetur: gaudium est delectatio de bono jam possesso, consequenter supponit possessionem pro priori, sive saltem independentem ab ipso actu, objecti possessionem: ergo. Ad argumentum distinguo maiorem actus voluntatis affectivè tendens in objectum, vel est desiderium boni, vel est gaudium

amicabile, aut concupiscentiæ de illo; Dico: determinatè concupiscentiæ; nego min. et m.; cujus probationis antecedentis hoc modo distinguo: gaudium concup. concupiscentiæ ē delectatio de bono jam possesso Dico; Dico: gaudium amicabile; subdistinguo: gaudium amicabile ē delectatio de bono ipsius possesso ab Amico; Dico: gaudium amicabile ē delectatio de bono ipsi possesso ab Amante; nego ant.

Infra ex instituto discutiemus

182

cujusnam tendentiæ sit amor beatitudini constitutivus? Modo dicere sufficiat, sine ullo inconvenienti posse sustineri, actum voluntatis beatitudini constitutivum esse gaudium; hoc enim, licet 1.do sit affectus concupiscentiæ, præsupponat bonitatem possessam ab ipso amante, et sub hac ratione in ipso ferat; 2.do tamen ē gaudium amicabile, sive affectus amicitiæ, non fertur necessariò in bonitatem, qua possessa ab ipso amante; sed in eandem, qua habitam ab amato, indeque talis amor, et affectus; licet esse non possit possessio illa, quam præsupponit, possessio nimirum talis boni rem Amici, potest tamen esse possessio, quæ non præsupponit, possessio scilicet bonitatis ejusdem rem ipsius amicabiliter gaudentis. Adde amorem essentialiter præsupponere cognitionem, quæ, licet non perfecta, et adæquata, ē tamen possessio boni indeque amorem etiam

ri amanti posse praesupponere possessionem ejusmodi, et simul esse possessionis, quae 1a. illa inadaequata possessio inesse tali adaequatae, et deficeat.

185.

Arguet 2o. actus charitatis viae, et actus charitatis Patriae sunt ejusdem rationis; sed actus charitatis viae non est Dei possessio: ergo neque actus charitatis Patriae. Respondent aliqui argumento dicentes, actum charitatis Patriae ab actu charitatis viae differre tantum in intensione, quae necessario est longe major in charitate Patriae, quam in viae charitate; nam claritas beatae visionis necessario determinat amoris intensionem majorem quacumque intensione determinabili ab obscura cognitione divinae bonitatis existente in via; ratione autem majoris illius intensionis charitatis Patriae, judicant hi respondentes, amori beatifico convenire possessionem Dei propriam, quae actui charitatis viae ex tenui intensione ejusmodi denegant.

186.

Solutio ista non placet, ideo cum Scoto, Caietano, Konine, et Ulloa disp. 5a. de cap. 1o. num. 3. nos mox dicimus. Actus charitatis Patriae, et actus charitatis viae inter se specie differunt. Specifica ipsorum distantia fundatur in eo, quod beatificus amor essentialis supponat Dei intuitivam cognitionem, quam non suppo-

nt arcte charitatis vis, qui regulat enigmaticam cognitione, qualis est, quam per fidem habet. Doctrina haec videtur expressa in S. Thoma 2a 2ae quaest. 24. artic. 6o ad 3um dicente: Non est autem eadem ratio qua dicitur charitatis vis, quae sequitur cognitionem fidei, et charitatis Patriae, quae sequitur cognitionem apertam.

187. Argues 1o contra D. Arriaga: si ipsa beata visio est fruitio, et delectatio de Deo, nihil contra nobis afferunt Scriptura, et Patres constituentes beatitudinem in fruitione, et delectatione de Deo; sed ipsa beata visio est fruitio, et delectatio de Deo: fruitio namque, et delectatio sita sunt in ipsa perceptione objecti: est probatum: ipsa auditio vis Musicae, ipsa coloris visio, perceptio infantis molis, et suavis odorate est ejus fruitio, et delectatio sensibilis: ergo ipsa perceptio apprehensiva, et cognoscitiva est fruitio: ergo Arriaga aeque invitus singularis prorsus doctrinae, quam tradit P. Arriaga docens, gaudium, quod idem valet, ac voluptas, et recreatio ad intellectum proprie pertinere; ad voluntatem vero tantum improprie. Idem tenet de cruciatu, ac de dolore, qui proprie ad intellectum etiam pertinere contendit.

188.

Ratio est, quod ipsi est, quod gaudium pertinere proprie non possit ad illam potentiam, quae proprie non est perceptiva voluptatis, et recreationis ex objecto; atqui voluntas non est proprie perceptiva voluptatis, et recreationis; sed harum perceptio proprie pertinet ad intellectum, qui solus proprie perceptivus est: ergo. Dixi gaudium prout idem valet ac voluptas, et recreatio; concedit enim P. Arriaga, gaudium sumptum pro complacentia in objecto pertinere proprie ad voluntatem, cujus sunt proprij actus tendentes affective in objectum. Plura alia hic similia, eque captu difficilia ingerit Arriaga, cujus sufficiens, ac efficax impugnatio est, hac doctrina confundi actus potentiarum, intellectus nimirum, et voluntatis, consequenterque receptissimam everti Philosophiam, in qua non minus proprium est voluntatis gaudere, quam intellectus cognoscere.

189.

Brevis igitur argumenti responsio concessa maiori, negatur minor; quae expresse est contra S. Augustinum lib. I. de Doctrina Christiana cap. 4. dicentem: *frui est amore alicui rei inhaerere.* Ad minoris probationem nego antecedens. Sicut actus cognitionis spiritualis, et spiritualis gaudij distinctos ponimus, ita etiam materialem cognitionem distinctam agnoscimus a gaudio, et delectatione sensibili. Quod autem attinet ad perceptionem R. P. Thomae Tamburini Theol.

169. Dico tamen hunc perceptio equivoce esse; aliquando enim sumitur pro expressione, sive repraesentatione objecti; aliquando verò pro sola impressione causata in potentia directa in objectum: in hoc 2.º sensu voluntas est sui objecti perceptiva, licet perceptiva non sit in 1.º sensu, ingo. potentiam se ipsam perceptivam esse, minimè requirit, ut strictè, ac proprie gaudeat, delectet, ac fruatur suo objecto.

170. Atque 1.º

ex P. Ripalda beatitudo hominis ut intellectivi est visio, et ut volitivi est amor; sed eo ipso visio, et amor sunt duæ adæquatæ beatitudines formales: ergo in visione salvatur conceptus adæquatæ sufficientiæ formalis beatitudinis hominis. Probatur minor: ut aliquis actus sit beatitudo adæquata formalis hominis non debet pertinere formaliter ad omnes potentias hominis: aliàs nec complexum ex visione, et amore esset formalis adæquata beatitudo hominis; sed sufficit, quod satiet unam potentiam ex cujus satietate arguatur, potentias alias satiatas esse, aut saltem satiandas; atqui ex sola visione intuitiva Dei legitimè arguitur, alias hominis potentias esse satiandas, et ex solo amore rectè arguitur, intellectum esse satiatum, potentiasque alias satiandas esse: ergo. Ad argumentum, concessa majori nego minorem,

ad unjus operonis distinct. mtus ut aliquis actus sit beatitudo adequata formalis hominis, debet formaliter pertinere ad omnes potentias hominis, quibus debet potest formaliter, ac immediatè attingi; non vero ad omnes omninò potentias hominis. Ideo mtur. Recole numeros nostros 167. et 168. et plenas argumenti solutiones invenies.

Sectio 5.ta

Argumenta pro Scotistarum sententia.

171.

Arguet 1.º beatitudo è solus ille actus, qui appetit propter se; atqui solus amor è talis actus: ergo in solo amore stat formalis nostra beatitudo. Confirmatur: solus voluntatis actus è possessio boni; sed beatitudo nostra formalis stat adequatè in possessione boni, summi numinis: ergo. Ad argumentum distinguo mtus beatitudo est solus ille actus, qui appetit propter se tantum; non vero qui vel appetit propter se tantum, vel propter se, et simul propter alium; Ideo mtus et concessa eius minore de actu, qui propter se tantum appetatur, nego consequentiam. Amor beatificus appetit propter se tantum, qua appetit ut ultima ratio perficiens voluntatem, et non quaerit, medio ipso obtinere actum alium, qui alte-

171. nis, pōs sit perfectivus ultimus. Visio beata operat prop se, quae ē ultimus perfectivus intus, et simul quaerit prop amorem beatificum, qui existere ñ posset, nisi talis visio praeexisteret.

192. Ad beatitudinem necessariò concurrit actus, qui prop se, et simul prop aliud quaerit, sive operat; ergo formalis beatitudo necessariò satiare debet duas potentias, intellectivum, et voluntatem, ordinem, et dependentiam dicentes inter se quoad operationem, qui ordo ac dependentia ñ subsisteret, nisi unius pōs actus prop alterius pōs actus esset. Ad confirmationem disting. maj.: solus actus voluntatis est possessio affectiva boni; concedo: solus actus voluntatis est possessio, quae affectiva, quae expressiva boni; nego maj. et disting. min.; sed beatitudo nostra formalis stat adaequatè in possessione tantum affectiva boni; nego: in possessione, quae affectiva, quae expressiva boni; concedo min. Manifesti sunt distinctionum termini, et ex supra dictis constat ratio, ob quam in utraque possessione boni necessariò sit formalis beatitudo adaequata collocanda.

193. Arguitur 3.º beatitudo formalis ē illa, qua habita quiescit rationalis Creatura, et qua ñ habita non

quiescit; sed ita se habet solus amor beatificus: ergo consequentia. ad illam potentiam pertinent actus quietativi, ad quam spectat desiderium; sed hoc spectat ad voluntatem: ergo Ad argumentum concessa maiori, nego minorem. Si per impossibile existeret beatificus amor, quem visio beata praecederet, rationalis Creatura amoris habitione minime quiesceret; insatiatus namque, indeque inquietus maneret ipsius intuitus; hincque constat, quod non solus amor, sed etiam aliquid aliud, est quod formaliter satiat, quietemque reddit Creaturae. Verum quidem est beatificum amorem existentem arguere Creaturam plene satiatam, et perfecte requietam; sed hoc ideo est, quia ad amorem illum necessario Dei intuitiva visio praesupponitur. Ad confirmationem distinguo maiorem: ad illam potentiam pertinent actus quietativi, ad quam spectat desiderium sive ellicitum, sive innatum; concedo: determinate ellicitum; nego maiorem, et distinguo minorem; sed hoc scilicet determinate ellicitum spectat ad voluntatem; concedo: sed hoc, id est, sive ellicitum sive innatum pertinet ad voluntatem; nego minorem. Constat distinctio.

192.

Instabis: Bruta, quae carent intellectu, habent appetitum innatum, et quiescunt, si satietur eorum appetitus: ergo quies propria appetitus innati non pertinet ad intellectum. Instantia retorquetur: Bruta non habent volun

tatis, et animi, quiescunt tñ appetiti affectione: ergo ad quietem obtinendam necessaria non est voluntas: ergo beati non obtinent quietem per voluntatem. Dicitur distinguo consequens: quies appetitus innati cujuscumque non pertinet ad intellectum; concedo: quies appetitus innati Creaturae rationalis, quatenus talis non pertinet ad intellectum; nego consequens. Appetitus satiatur, et quiescit per actum sibi respondentem: si appetitus sit potentiae non rationalis, per actum non rationis satiari, et quietari, poterit; si verò sit, ut est in Beato, appetitus proprius rationalis potentiae, per actum rationis necessario satiandus est ac quietandus.

Arguitur

195.

3.º beatitudo obviat est bonum satiativum rationalis desiderii; sed tale bonum refertur ad solam voluntatem: ergo. Confirmatur: potest quis cum perfecta cognitione divitiarum esse inops, et miser: ergo cognitio non reddit felicem, ac Beatum. Urgetur: sola voluntas meretur beatitudinem: ergo dignum est, ipsam solam beatitudinem percipere. Ad argumentum concessa majori, nego minorem; bonum namque est perfectè satiativum rationalis desiderii ad intellectum etiam refertur; requiritur enim tale esse, quod verum sit, bonum autem verum, et ad voluntatem, et ad intellectum refertur. Confirmatio probat contra Scotistas beatitudinem in amore non consistere; potest namque quis esse inops, et miser cum amore divi-

tiary, imò miserior erit, qui eas amat, quam qui illas non desiderat, si utrerque æqualiter illis careat. Illud urgeriis noster ani: Beatitudinis meretur totus homo, voluntate tamquam eligente, ac determinante; reliquis verò potentiis tamquam executricibus actuum meritoriorum.

196.

Atqui Deus: nihil est malum secundum cognitionem: ergo neque bonum; atqui Deus debet esse nobis bonum secundum actum per quem beatificat: ergo nequit non beatificare secundum cognitionem. Confirmatur: Deus melius, quam quælibet Creatura, cognoscit peccatum, quin hoc ei sit malum: ergo nihil est malum secundum cognitionem. Ad argumentum claritatis gratia distinguo antecedens: nihil est malum, id est, incommodum sive nocivum secundum cognitionem: nego; sæpè enim obtenta media cognitione, torquemur, et quidem vehementer: nihil est malum morale, et imputativè secundum cognitionem, solam nimirum: Concedo antecedens, et distinguo consequens: Ergo nec bonum, id est commodum, aut utile, et non nocivum; nego: ergo nec bonum morale, et imputabile; Concedo consequentiam, et distinguo eius subsumptionem; atqui Deus debet esse nobis bonum, id est, commodum, et gratum secundum actum per quem beatificat; Concedo: bonum morale, et imputabile; nego subsumptam.

197.

Neque bonitas, neque malitia

moralis stare potest sine voluntatis actu, ingo stat fra lis libertas, quæ stralis constitutiva ē moralitatis, ut in tractatu de actib. humanis latè probavimus. Deus sit actus, quibus nos beatificat, n̄ ē nobis moralis bonus, id ē n̄ fit nobis aliquid, quod nobis ipsis sit imputabile ad bonum, in ordine nimirum ad præmium; sed fit nobis bonus bonitate dumtaxat, sive Convenientiæ, et utilitatis; cujus bonitas ejus sit actus intus liberi potest, sicut opposita malitia liberi potest, et sæpè libet sit intus actus, qui obtorum supplicè torquet. Contrà res torquet: nullius obti mali cognitio potest in Deo excitare displicentiæ, quâ Deus verè tristetur: ergo nullius obti mali cognitio potest in Creatura excitare displicentiæ, quâ verè tristetur Creatura.

198. Directè dicto anti in sensu explicato ad argumentum, nego conseqm in sensu, eodq. inter Deum, et Creaturam, quoad præsens attinet disparitas ē manifesta; Deus enim quâ essentialis summè felix, ex nullo obto, et sic nullum actum accipere potest in commodum sive nocumentum verè talem; è contrà verò Creatura innumeris subjecta miseriis ex pluribus obtis, et sic actus plurimum potest mala

sive in incommoda, et nocumenta subtipere, potest; imo alios autem actus, per quos ejusmodi mala, sive in incommoda percipere potest, sunt interiores actus, qui tale objectum talique modo proponere possunt, ut Creaturae malum inferant, et noceant.

Arguitur 5.° anima patitur tantum in potentia illa, per quam trahitur ad malum; sed sola voluntas est potentia, per quam anima trahitur ad malum: ergo in voluntate tantum anima patitur; sed, si solum patitur in voluntate, solum in voluntate debet beatificari: ergo. Ratio minoris est, quia si anima nostra pateretur in potentiis aliis à voluntate distinctis, inflige infligeretur poena ipsis non videretur; uniuntur namque potentiae illae quibus malitia non est imputabilis; injustum autem procul dubio est, uniri illum, cui non est imputabile malum illud, propter quod infligitur poena. Jam huic argumento supra diximus et diximus iterum, nec praemiandum, nec puniendum solum ipsam potentiam, quae formaliter libera est, quaeque eligit, ac determinat; sed etiam potentias alias, quae consequuntur imperata à voluntate, pro uniuscujusque potentiae natura, et capacitate. Hinc species nulla injustitiae in praemiante, et puniente apparet, tum quia potentiae omnes sunt idem realiter; tum etiam, quia licet potentiae inter se realiter distinctae essent, omnes essent potentiae ejusdem operantis, consequenterque semper verum esset mereri, et

R. D. Thomas Jackson Angl.

premium, demerentem, et punitum esse eundem, licet N.x potest in se diversas, premium mereri, et illud obtinere, dignum pœna reddere, et supplicium recipere?

Sectio 6.a

An visio intuitiva Dei sit perfectior amore, aut è contrà.

200. Recedita doctrinæ claritas —— resolutionum multitudine impedita, hac et sequenti sectionibus seorsim disputare placuit difficultates duas, quæ in solvenda præcedentia argumenta occurrebant. 1.a è quæ titulus indicat, de qua locuti sumus supra num. 174, et 175. in quibus fundamenta proinde opposita sententiæ insinuavimus. Sententiæ autem, quam ibi tulimus modo tradimus, et affirmamus visionem Dei intuitivam, et beatificum amorem se liberè mutuò sanguine excedere, et excessum, proindeque neutrum actum illorum posse declarari perfectiorem alio; sed potius utrumque actum dicendum esse æqualem alteri in perfectione. ita Acutissimus noster Lincerius lib. 2. de beatitudine tract. 6. cap. 5. quem Recentiores aliqui imitantur.

Pbatur 2do ratione ejusdem Lincei: quæ se habent inter se mutuo, ut excedens, et excessum sunt æqualia; sed beata visio, et beatificus amor se habent inter se ut excedens, et excessum: ergo tales actus inter se sunt æquales in perfectione. Ista constare debet ex fundamentis, quæ retulimus tum pro excessu perfectionis in visione supra amorem, tum pro excessu perfectionis in amore supra visionem, quibus mature ponderatis, pro neutro actu absolutum perfectionis excessum declarari posse, videtur. Pbatur maior: neutrum eorum, quæ se habent inter se ut excedens, et excessum, absolute et simpliciter excedit aliud; sed duo illa, quorum neutrum absolute et simpliciter excedit aliud, absolute, et simpliciter sunt æqualia: ergo. Maior est manifesta. Pbatur minor: si unus actus ex illis excederet absolute, et simpliciter alium, tales actus non se haberent inter se ut excedens, et excessum; sed ut absolute, et simpliciter perfectius, et minus perfectum; atqui se habent inter se ut excedens, et excessum pro ratione insinuata: ergo.

Dices contra 1o: stat duo se habere inter se ut excedens et excessum, quin evadant æqualia: ergo nulla est ratio facta pro æqualitate perfectionis visionis beatæ, et amoris beatifici. Pbatur antecedens: dantur, Leporis, et Aquilæ se habere inter se

ut excedens, et excessus, eo q. Lepus excedat in auditu Aquilam, et hec excedat in visu Leporem; et dà, potentiam auditivam in Lepore esse perfectam tamquam ut quatuor; potentiam vero visivam in Aquila perfectam esse ut octo; potentiam autem visivam in Lepore, et auditivam in Aquila tamquam ut duo perfectam esse: in hipothesi ista, que nullo ex capite repugnat, Lepus, et Aquila se haberent ut excedens, et excessus, et tamen non essent in perfectione equales absolute, et simpliciter loquendo; Aquila siquidem simpliciter, et absolute excederet in perfectione Leporem; quia excederet per sex gradus perfectionis potentiam visivam, cum non excederetur à Lepore, nisi per duos gradus perfectionis potentiam auditivam: q.

203. Arguitur respondendo, hipothesim, cui ipsis innititur, se ipsam destruere; talis namque hipothesis ex una parte supponit, Leporem, et Aquilam ut excedens, et excessum haberi inter se, dein parte alia incendit simul supponere, perfectionem excedentem in Aquila manifeste maiorem esse perfectione excedente in Lepore, quod idem est, ac in Aquila dari magis perfectionis, quam in Lepore, sive Aquilam esse absolute, et simpliciter perfectiorem Lepore. Si nos agnosceremus in visione vero perfec

tiens excedens m.[o] et perfectione excedente in amore, minime afirmarem.[us] tales actus habere in se ut excedens et excessum, absolutaeq. equales esse in perfectione; sed diceremus è contra, actus illos non habere in se sicut excedens, et excessum, sed sicut majus, et minus, consequenter absoluté esse in perfectione inequales. Cy autem hoc in visione et amore, carentes fundamento pro excessu uniuscujusque actus in perfectione respectu alterius, dicernere non valeamus, ideo asserimus, tales actus ut excedens, et excessus, ac ut absoluté, et simpliciter equales in perfectione reputandos esse. Constat ergo hiposthesim, quae in terminis implicatoria est, ad argumentandum esse inutilis.

22.

Dices 2.o visio beata, et beatificus amor sunt species diversae; sed diversae species nequeunt esse in perfectione equales: ergo. Probatur m.: ut frequenter repetitur Phi. ab Arist. edocti, species sunt, sicut numeri; atqui numeri ità instituti sunt, ut nullus in tota sua latitudine sit alteri par, sive equalis: ergo. Insto argumentum in Thomistas: species sunt sicut numeri; atqui numeri pares, sive equales resultare possunt ex numeris imparibus sive inequalibus: ergo et species equales resultare poterunt ex predicatis diversis, et inequalibus.

Ut v.t g.a ex tribus, et quinque, qui sunt numeri impari, et inequales duobus et sex, qui ex ipsis duobus, et sex resultant 8, qui sunt numeri completi in se pares, et equales.

205. Dicendum 2.o esse multum, non omnino, cujus ipsorum multitudinem distinguo: ut sequens Doctor. Species sunt sicut numeri quoad aliqua; Do: sunt sicut numeri quoad omnia; nego multitudinem species non debent in omnibus cum numeris convenire: aliarum sicut species omnes reduci debent ad duo predicata, generis unum, et specifici aliud, ita etiam numeri omnes reducendi essent ad duas tantum unitates, quarum una numerus unus quisque alius numeri par, sive equalis esset, et alia, qua omnes alios numeros excederet, vel illis efficeret inequalis per defectum. Sunt quidem species sicut numeri in aliquo, hoc nimirum, quod sicut numerus non potest idem perseverare, sive addatur, sive auferatur unitas aliqua, ita neque species eadem perseverare potest, sive addatur sive auferatur predicatum aliquod ex illis, quae ad speciei constitutionem pertinent.

206. Dicendum 3.o intellectus est potentia nobilior, sive perfectior voluntate: quia et operatio

optima intus, qualis est visio intuitiva Dei, nobilior ac perfectior debet esse operatione optima voluntatis, qualis est beatificus amor. Probatur ant: voluntas subordinatur intui, et ab hoc dependet, sicut sequitur à manu ducente; sed potentia illa, quae aliam sibi subordinat, à seque dependere facit ipsam, nobilior, ac perfectior est eadem: ergo. Si etiam ly loquatur in sensu reali, intus nec perfectior, nec imperfectior est voluntate, cum potentia utraque sint realiter idem.

Dein 207.

Dico: etiam si in sensu formali loquatur, consequentia recta non est; ex praecisa namque majoritate perfectionis principij operantis recte non colligitur majoritas perfectionis supremi effectus eidem principio in esse producti correspondentis, ut patet in Angelo, qui longè superat in perfectione Equum, et tamen non valet producere effectum perfectiorem substantiam viventi, quae Equus potest, et producit quando generat alium Equum. His omissis, respondeo neg. ant. cujus probationis distinguo maj: voluntas subordinatur intui, et etiam intus subordinatur voluntati; (idem intelligo de dependentia) Nego: voluntas subordinatur intui, et huic voluntati non subordinatur; nego maj. et distinguo min; sed potentia illa, quae aliam sibi subordinat,

quã ipsa eidem subordinet nobilior, sive perfectior ê subordinata; Atqui: sed potentia illa, quæ alias sibi subordinat, et etiam ipsa eidem subordinatur, nobilior sive perfectior est subordinata; ergo etc.

208. Dicet permittam, quod ex capite subordinationis minoritas perfectionis inferat in potentia illa, quæ potentiæ alteri subordinat; hoc solum verum esse poterit, casu quo subordinatio, seu dependentia ejusmodi potentiarum non sit mutua, inter autem intellectum, et voluntatem mutua ê dependentia, et subordinatio; voluntas namque indiget intellectu, ut sibi detegat, manifestetque objecta, in quæ voluntas tendere debet; intellectus verò indiget voluntate, cujus proprium ê rationalis eligere, imperare, ac determinare, quid sequendum, ac tenendum sit, quidve fugiendum. Et quidem dependentia hæc, et subordinatio intellectus ad voluntatem, si benè perpendatur, major reputabitur, quam dependentia voluntatis ab intellectu, qui non imperat, sed manifestat dumtaxat, quid sit agendum.

209. Dicet 2º instando: non minus repugnat mutua subordinatio, quam causalitas mutua; sed in nostris omnium principiis implicat mutua causalitas: ergo non possumus dicere

teneamur, omninò ei[illegible] implicare subordinationem mutuam:

R. Resp.o ... nos, implicare mutuam causalitatem in eodem genere cau[sae], non autem in genere diverso; et similiter omninò repugnare subordinationem mutuam in eodem genere, non verò in diverso, uti in genere diverso est mutua subordinatio intellectus, et voluntatis; voluntas enim ab intellectu dependet in genere illuminativo, sive directivo; intellectus verò à voluntate in genere electivo, sive determinativo. Doctrina hæc fundatur in Angelico Doctore 1a 2æ quæst. 9. artic. 2. dicente: <u>voluntas movet intellectum quantum ad exercitium actus; quia et ipsum verum, quod est perfectio intellectus, continetur sub universali bono, ut quoddam bonum particulare; sed quantum ad determinationem actus, quæ est ex parte obiecti, intellectus movet voluntatem; quia et ipsum bonum aprehenditur secundum quamdam specialem rationem comprehensam sub ratione veri. Et sic patet, quod non idem movens, et motum secundum idem.</u>

Dico 2.do

3.o Bonum conformari, et assimilari Deo per intuitivam visionem, et beatificum amorem, est maxima pulchritudo; sed talis pulchritudo non esset, si intuitiva visio, et beatificus amor essent in se perfectione æquales:

R. Ratio mea est; quod varietas, ac proinde inæqualitas maximè grata sit, consequenter valdè conducens

R. P. Thomas Fasion ...

ad pulchritudinem, argüitur probatur, Sanctissimam Trinitatem exce
dere infinitè omne creatum in pulchritudine necessariò
constare personis inter se inaequalibus in perfectione.
Probatur instantia, homo dicitur esse pulchrior, si oculos, au
res, pedes, &c.a haberet inaequales. Dicemus, concessa antecedenti,
distinguo minorem, atqui talis pulchritudo non esset, si intui
tiva visio, et beatificus amor essent inter se aequales,
et omninò similes, permitto: si essent inter se aequales,
dissimiles tamen, nego minorem, et consequentiam. Ad pulchritudinem ad sum
mum necessaria erit dissimilitudo partium componentium totum
pulchrum; varietas namque potius in dissimilitudine, quam
in inaequalitate perfectionis consistit. Visionem beatam, et
beatificum amorem esse inter se valdè dissimiles, licet perfec
tionis aequalis, manifestum est.

Sectio 7.a

An beatificus amor, sit amor concupiscentiae, an perfectae amicitiae erga Deum?

211. Stando promissis
suprà num. 185, modo ex instituto hanc discutimus
quaestionem, in qua statim assero, beatificum amorem esse amorem

perfectę amicitię erga Deum. Pbat: Beati magis incomparabiliter amant Deum, quam se ipsos; ergo Beati magis gaudent de divina bonitate prius ab ipso Deo possessa, quam de sua, aliorumque faelicitate: ergo Deum amant amore perfectę amicitię. Ratio antecedentis est, quia amor beatificus sit perfectissimus in ratione amoris, ideoque frequenter ab Scriptura, et PP. apelletur perfectio charitatis; talis autem non esset beatificus amor, si per hunc Beati non magis Deum amarent, quam se ipsos, sive non magis gauderent de divina bonitate prius ab ipso Deo habita, quam prius ab ipsis possessa. Proponit quidem beata visio Deum et ut summum bonum in se, et sibi, et ut summum bonum possidendum Creaturę; utriusque tamen conceptus amoris beatitudinem constituentis non stat in affectu erga Deum, ut est summum bonum ipsi Creaturę, sed ut est summum bonum in se, et sibi.

242.

Objicies 1º utcumque requirit S. Augustinus amorem ad beatitudinem, precipuè loqui videtur de amore concupiscentię, quo quis appetit esse Beatus, et amatur possessionem illius, quo existimatur se Beatum fore, indeque docet illum esse Beatum, qui habet omnia, quę sibi vult; atqui hęc pertinent ad amorem proprij commodi, sive

ad amorem concupiscentiæ: quod in S. Augustini amor beatitudinis constituens est affectus concupiscentiæ, et non perfectæ amicitiæ.
Ad argumentum igitur resp. neg. min.; actus, quo quis appetit (formaliter nimirum) esse beatus, et amat possessionem beatitudinis, non est amor constituens beatitudinem ipsam, sed qui hanc præcedit, et comitatur, de quo specialiter infrà dicemus. Dixi formaliter nimirum; quia non negamus, quod amor amicabilis objectivæ beatitudinis ratione suæ reflexionis sit virtualiter amor ipsius formalis beatitudinis, et possessionis Dei; hoc modo maior pars vera est; ex ipsa autem nihil deducitur contra nos, qui fatemur beatitudinem stare in actibus quibus perfectè possidetur summum bonum, in quo eminenter continentur bona omnia desiderabilia.

213. Objicies 2.º beatitudo formalis stat in actu, quo Creatura quieta, et satiata manet, gaudetque de ultimo fine ab ipsa possesso; sed ejusmodi actus non est amor perfectæ amicitiæ erga Deum, sed concupiscentiæ erga Creaturam ipsam: ergo. Resp. disting. maj. beatitudo formalis stat in actu, quo Creatura quieta, et satiata manet, gaudetque de ultimo fine ab ipsa possesso prout possesso à se ipsa; nego: prout possesso à Deo, concedo maj., et disting. min.: sed ejusmodi actus,

nimirum quo gaudet de ultimo fine ab ipsa possesso prout possesso à se ipsa non est amor perfectae amicitiae erga Deum, sed concupiscentiae erga se ipsam; dato: quo gaudet de ultimo fine ab ipsa possesso prout possesso à Deo; nego majorem, et consequentiam. Per beatificum amorem gaudet Beatus de possessione, qua Deus habet suae ipsius infinitae bonitatis, ipsoque gaudio amicabili Beatum reddit possessorem ejusdem summae bonitatis; amicitia namque est facit, amicorum bona esse communia, et eo perfectius, quo perfectior sit amicitiae amor.

212.

Objicies 3.º actus voluntatis beatitudinem constituens est ille, quo Creatura gaudet de bonis, sibique in illis complacet; sed actus, quo Creatura sic gaudet, et complacet, non est amor perfectae amicitiae, sed concupiscentiae: ergo. Confirmatur: amor beatitudinem constituens, non solum continet rationem amoris, sed exigit formalitatem fruitionis; sed formalitas fruitionis propria est amoris concupiscentiae: ergo. Ad argumentum distinguo majorem actus voluntatis beatitudinem constituens est ille, quo Creatura gaudet de bonis, sibique in illis complacet, ut sibi bonis; nego: ut bonis Deo; concedo majorem, nego minorem de complacentia in bonis illis ut Deo bonis. Constat distinctionis sensus. Ad

constractionis similis distinctio maior: amor beatitudinis constituens, non solum continet formalitatem amoris, sed etiam formalitatem fruitionis de bonis Dei, ut Deo bonis. Concedo: fruitionis de bonis Dei, ut ipsi Creaturae bonis; nego maiorem, et minorem de fruitione bonorum Dei, ut bona sunt ipsi Deo. Distinctio explicatione non indiget.

215. Objicies 2º: beatitudo Patriae explicanda est per similitudinem ad beatitudinem viae; sed beatitudo viae constituitur per amorem concupiscentiae: ergo etiam per amorem concupiscentiae beatitudo Patriae constituenda est. Ratio minoris est: quod spes viva de Deo possidendo, quam in hac vita habemus, frequenter ab Scriptura et PP. appellatur praesens nostra beatitudo. Similiter probari posset, cognitionem quam de Deo in Patria habituri sumus, non esse intuitivam sed abstractivam, qualis est quam in via habemus, quae constituit praesentem nostram beatitudinem ad cujus similitudinem explicanda est nostra beatitudo in Patria. Directe respondeo beatitudinem nostram Patriae et beatitudinem viae convenire in aliquibus: in eo nimirum, quod utraque supernaturalibus actibus constituatur, et in eo quod utraque respicere debeat, et habere tamquam terminum Deum ipsum; differre tamen in pluribus, et quidem necessario;

q.a beatitudo Patriæ ē vera et ppria beatitudo; beati-
tudo vero viæ, late sumpta beatitudo apellat, quatenus
nimirū ad illā preparat, ac disponit, illamq mereatur.

Hinc ē 216.

q. beatitudo viæ possit stare in actu etiā amoris concu-
piscentiæ, et spei, talis namq. actus ē virtuosus, et
meritorius beatitudinis Patriæ; hæc autē beatitudo stare
nequit in ejusdē actu; q.a beatitudo verè, et strictè tali
ē vera asecutio, perfectaq. posetio summi boni; sum-
mū autē bonū perfectè asequi, et posidere n. potest, nisi
p.r actus optimos potētiæ illud asequentiæ, et posiden-
tiæ; actus vero optimus voluntatis n. ē amor
Concupiscentiæ, sed perfectæ amicitiæ. Explicatur, et
n. alius ē sensus Scripturæ, et P.P. frequenter ap-
pellantium beatæ vitæ, sive beatitudinis præsentæ cre-
dere, sperare &c.; quando scilicet prædicti actus sunt
gratia sanctificante formati. Constat ex dictis ad argu-
menti formam.

Disputatio 6.a
De Beatitudinis duratione.
Sectio 1.a
An, et qua ratione visioni beatæ perpetuitas conveniat?

247. Beatæ visionis perpetuitatem negarunt Chiliastæ, qui beatitudini hominum durationem mille dumtaxat annorum concedebant. Negavit et Origenes, qui inter miseriam, et fœlicitatem perpetuam vicissitudinem futuram esse, docebat. Et aliqui ab hoc errore excusare contendant Originem, dicentes, sententiam illam ab Hæreticis ipsius operibus dolosè insertam fuisse; excusationi tamen locum, videtur, non superesse, cum S.ti Augustinus, Hieronimus, et Thomas, 6.a generalis Synodus generalis actione 11.a errorem illum expressè Origeni attribuant. Supono insuper, Deum potuisse elevare hominem ad intuitivam ipsius visionem purè temporalem, duraturam v.g. per dies dumtaxat v.g. Ratio est; quia cum talis elevatio sit omninò liberalis indebitaque homini, nullum potest esse caput, ex quo Deus antecedenter necessitetur ad perpetuam ipsius conservationem ex eo quod illam alicui concesserit. An talis visio non perpetua, amorem

illius consequens sufficientes esse ad veram beatitudinem, diffi-
cultas est infra resoluenda. 248.

Propria loci hujus difficultas
est, unde in beata visione de facto existente perpetuitas
oriatur. Itaque assero: visio beata, et consequens beatifi-
cus amor, beatitudoque ex utroque actu resultans, est
natura sua perpetua. Probat Gonet [illegible]: divina vo-
luntas non potest destruere beatam visionem: ergo haec est natura
sua perpetua: ergo. Ratio antecedentis quod ipsum est, quod visionis
beatae destructio esset poena; Deus autem justissimus talem
poenam infligere non potest, cum numquam sit futurum meritum ad ip-
sam; viderentes namque Deum semper immo et necessario om-
ni culpa carebunt. Sed haec ratio non probat intrinsecam visio-
nis indestructibilitatem, sed tantum extrinsecam, contra id ipsum,
quod videtur Gonetus intendere. Et quidem posse Deum destrue-
re beatam visionem, quin destructione ipsa beatum pu-
niat, manifestum est; posse enim Deum destruere visio-
nem A v.g. concedere beato visionem B aeque bonam aut
meliorem, quo casu nemo dicet, beatum puniri, aut ipsi
poenam inferri visionis A destructione. 249.

Probatur igitur assertio:
saltem de facto, natura sua perpetua sunt ea, quae si-

semel existant, non habent causas corrumpentes; habent vero causas producentes, et conservantes; sed talis est beata visio: ergo. Minor constat in materia tam rationali, et Angelo. Et quia constare debet; beatae namque visioni nulla alia causa corruptiva posset assignari, nisi error; hic autem talis causa dici non potest; tum quia ejusdem ordinis non sunt; tum quia mutuo nequeunt se expellere a subjecto, quod ita perficit visio beata, ut omnino incapax illud reddat erroris oppositi. Confirmatur, et explicatur facta ratio: visio beata, neque causam physicam, neque moralem causam habet suae corruptionis: ergo natura sua est indestructibilis. Probatur antecedens: visio beata non dependet ab aliqua causa physica, quae ipsius corruptionem inducat; causa autem moralis talis corruptionis nulla est: ergo. Probatur antecedens quoad primam partem: visio beata non dependet ab aliis causis physicis creatis, nisi ab intellectu, et lumine, quibus necessaria est visionis productio, quibus necessarius, et debitus est divinus concursus ad visionis productionem; sed hujusmodi causae non sunt inductivae corruptionis, sed est eterna duratione perpetuae: ergo. Secunda vero pars ejusdem antecedentis constare debet; ut enim suo loco dicemus, visio beata omnino excludit-

peccatum; ergo solum esse posset causa moralis destructionis, ac corruptionis visionis beatae. 220.

Arguunt 1°. pro sententia, sive errore Chiliastarum, et Origenis: ideo tanquam fide certum tenendum esset, Dei visionem ad Coelestem beatitudinem futuram esse perpetuam, et aeternam, quia Sapientiae 5° dicitur: Justi autem in perpetuum vivent; et Matthaei 25°: ibunt hi (nimirum Peccatores) in supplicium aeternum; Justi autem in vitam aeternam; sed haec et similia Scripturae testimonia perpetuitatem, sive aeternitatem beatitudinis non probant: ergo. Probatur minor: termini hi perpetuum, aeternum frequenter in Sacris litteris significant durationem temporis longissimam: ergo. Respondeo, optimos Sacrae Paginae Interpretes esse consensum SS. PP. qui unanimiter in allatis, similibusque testimoniis terminos aeternum et perpetuum in toto rigore accipiunt, licet in aliis Scripturae locis terminos eosdem de tempore tantum longissimo explicent. Constat ad argumentum ergo, concedendam esse majorem, et minorem negandam, cujus probationis ante consequens neganda est consequentia. 221.

Arguet 2°. Intra naturae ordinem: possibilis est entitas natura sua corruptibilis, licet contrario careat, et non habeat causam destructivam, sed potius

R. P. Thomae Professor Theol.

135.

productivae: ergo. Antecedens probatur in speciebus somnij et phantasiae, et in habitibus naturalibus. Confirmatur: lumini gloriae non debetur perpetua ipsius conservatio: ergo non est natura sua perpetuum; atqui si lumen gloriae non est natura sua perpetuum, nec natura sua perpetua est visio: ergo. Probatur antecedens: lumen gloriae est proportionatum substantiae cui inhaeret; atqui substantiae, cui lumen inhaeret, non debetur perpetua luminis conservatio; nequit enim esse debita perpetua conservatio luminis substantiae illi, cui indebita est luminis existentia, sicut indebita est existentia luminis, tum substantiae Angeli, tum substantiae rationalis animae: ergo. Ad argumentum nego antecedens; omnis namque entitas contraria caret, et non habens causas destructivas, sed potius conservativas ipsius a Deo est naturaliter indestructibilis, illa enim destruendo, Deus ageret contra exigentiam talis entitatis, et non ex fortioris exigentiae alterius; Deus autem ita operans sive destrueret, non operatur ut naturalis Author, consequenterque destructio naturalis non est.

222. Exempla nihil in contrarium evincunt. Species somnij non destruuntur per precisam expergectionem, sed veluti conteguntur, ac involvuntur ordinariis speciebus, quae in

evigilantib. excitant. Destruunt quidq species illae, sicut et fantasmaticae species aliquando; destructionis autem illarum realis causa est defectus causae requisitae ad earumdem conservationem; species namque ut conservent, exigunt foveri aliquoties ab actib. quib. correspondent. Reales habitus, ut in pluri-mis, oppositis habitib. destruuntur; si autem sine introduc-tione oppositi habitus deficiant ideò erit, quia per longum tempus defecere actus, à quorum fomento, sicut de specieb. diximus, dependent habitus. De his Phil. consule in libros de anima. Ad confirmationem nego antecedens, cujus probationis, datis praemissis, nego conseq. Ex praemissis illis solum infertur, quod perpetua luminis duratio non sit ex exigentia substantiae; non verò deducitur, lumen ratione sui non posse exigere perpe-tuitatem; ordinatio namque (~~subst~~) accidentis ad substantiam minimè tollit, quod accidenti competat exigentia aliqua quae substantiae ex se non convenit: alias accidens super-naturale inhaerere non posset naturali substantiae. 223.

Arguer 3°.

privatio est corruptionis causa, ut sanctus est apud Philosophos; sed creatus aër est subtus privationis luminis, quia lumen est forma illi extrinsecus adveniens: ergo lumen habet in ratione intus sufficiens corruptionis principium.

infrac: lumen gloriæ, et beata visio, quæ extitere in intellectibus Moysis, D. Pauli, et aliorum, destructa fuerunt; sed non fuissent destructa, si naturaliter essent indestructibilia; incredibile enim est, Deum voluisse miraculum patrare in damnum servorum suorum: ergo. Ad argumentum resp. 1°. disting. maiorem privatio est causa intrinseca corruptionis; conc. extrinseca; nego maiorem, et ergo minorem; intrinsece enim proprie non est subjectum privationis, sed dantur negationi luminis; privatio namque stricte talis dicitur per ordinem ad terminum cujus in subiecto datur positiva, et naturalis capacitas. Privatio numeratur inter causas non extrinsecas, sed intrinsecas corruptionis, quatenus nimirum totum corruptum denominatur destitutum sui dicitur privationem formæ præhabitæ. Axioma autem sic intellectum, ut necessario debet intelligi, nihil prodest Adversarijs.

229. Si vero hi significare intendant capacitatem subiecti ad privationem, sive ad negationem formæ inferre corruptibilitatem, naturalem nimirum formæ præhabitæ, frustra omnino persuadere conantur; stat enim indifferentia subiecti ad hanc vel illam formam habendam cum inamissibilitate et indestructibilitate suæ formæ intrin

Philosophia late diximus de identitate specifica materiæ primæ Cœlestis, et Sublunaris, et jam omissa formæ Cœlestis incorruptibilitate, agebamus. Ad expon. Deo. 2° omissa m.ri negando m. Vt subjectum dicatur subjectum privationis formæ non sufficit hanc illi ab extrinseco advenire; sed requiritur ulterius formam non gaudere Beatæ visionis probabimus. 225

Ad objectionem respondeo, non omnes admittere, Moysem, D. Paulum, et alios vidisse intuitive Deum in hac vita; admitere visionem illam creatam fuisse à lumine habituali, quale est quod datur in Patria; sed ut in plurimis talis visio tribuitur, vel auxilio purè extrinseco, vel lumini intrinseco transeunti. Hoc tamen omisso, omitto consequens m.ris objectionis, et nego m., cujus adjuncta probatio falso supponit destructionem visionis in prædictis casibus damnum fuisse illorum, qui ea fruebantur; damnum siquidem propriè dici non non potest præcisa suspensio extraordinarij favoris undequaque debiti. Adde: suspensionem visionis in prædictis casibus utilem fuisse ipsis à quibus vitium auferebatur; hoc enim ideo fiebat, aut amplius merendi spatium ipsis concederetur, sicque perfectiorem gloria

sórque visionis obtinerent.

226. Instat: observatio visionis in praedictis casibus non erat extraordinarius favor omninò indebitus: ergo. Probatur antecedens: tunc casus visionis observatio debita erat exigentiae luminis, et visionis ipsius ut superius dictum; sed si talis observatio debita erat lumini, et visioni, esse non poterat simul indebita, sive omninò indebitus favor: ergo. Respondeo observationem visionis in illo casu debitam fuisse lumini, et visioni eidem; non verò subtractionem luminis, et visionis; cum autem favor locum non habeat respectu luminis, aut visionis, quia favor relatè tantum ad rationale agens dicitur, inde est, quod illa visionis observatio respectu illius, respectu cujus favor dici posset, omninò indebita, sive omninò indebitus favor jure apellatur. Malum quidem, et violentiam inferret lumini, et visioni, qui Deus miraculum destrueret; Deum autem non dedecere miracula patrare ad inferendum tale physicum malum, et violentiam patet in Eucharistia, in qua non nisi per miraculum anihilatur materia v.g. panis, et vini, quae est naturaliter indestructibilis.

227. Arguitur 2.° exigentia m. creaturae ubi educionis

simul habendæ arguit m.s perfectionem; et exigentia ubicationis infinitæ simul habendæ arguit infinitam perfectionem: ergo exigentia durationis infinitæ arguit perfectionem infinitam: ergo visio exigens suam æternam durationem erit infinita. Confirmatur: Creatura essentialiter indestructibili opponitur dominio Dei: ergo et eidem dominio opponitur Creatura indestructibilis naturaliter. Argumenti 1.a pars antecedentis manifestè falsa est: alias æque arbores exigentes majorem ubicationem quam Equi, vel etiam homines, perfectiores dicendæ essent suis animabus. 2.a ejusdem antecedentis pars non est mihi omninò certa, non enim satis manifesta est implicatio Creaturæ natura sua exigentis replicari in omni loco possibili, qui existat; si autem hujusmodi Creaturæ possibilitas admittatur, et possibilitas Creaturæ exigentis infinitam ubicationem simul habendam, consequenter admitenda est, suposita nimirum infiniti sincathegorematici creati possibilitate. 228.

Deindè instatur argumentum: exigentia ubicationis majoris non simultaneæ, sed successivè non arguit m.s perfectionem: ergo exigentia majoris durationis, quæ necessariò successiva est, m.s perfectionem non arguit. Insuper argumentum probatur, nec magis vis nec

aq rationalis, nec Angeli esse naturaliter incorruptibiles. His omnibus omissis, permissio ante quoad hanc partem, 2.a et falsitate vel dubitari nequit, nego conseq. Disparitas exigere infinitas ubicationes simul habendas; est exigere infinitum habere infinito modo, sive ut infinitum est, exigere autem aeternum, sive infinitae durationis est exigere infinitum habere infinito modo, sive ut infinitum est: visio namque exigens durationem infinitam habere tantum exigit durationem hujus instanti, cui succedat alia, et alia duratio sine termino: unde quod habet, et exigit habere à visione non est quid infinitum habitum infinito modo, sive ut infinitum est.

229. Instas: quia aeternitas in Deo non erit perfectio infinita. Nego conseq. Aeternitas Dei in multis differt à duratione aeterna cujuscumque creaturae tam existentis, quam possibilis; aeternitas Dei talis est tam à parte ante, quam à parte post: tantum vero a parte post aeterna esse potest duratio creaturarum, quae modo existunt, imò juxta probabilem sententiam nec creaturae alicujus possibilis duratio tam à parte ante, quam à parte post potuit esse aeterna. Deinde: aeternitas Dei est ipsi essentialis, et metaphysice indefectibilis; aeternitas vero creaturae, licet

sit naturaliter necessaria, absolute tamen defectibilis est, absolute enim loquendo Deus ejusmodi Creaturam posset destruere. Deus quod infinite perfectus intelligitur, non precise quia aeternus, sed quia talis essentialiter est; Creatura vero licet in aeternum duratura, dici non potest perfecta infinite, quia ipsius aeternitas non essentialis et et indefectibilis, sed pure naturalis, et defectibilis absolute. Ad confirmationem, permisso antecedente, propter infra dicenda, nego consequentiam. Disparitas est: quod ideo verum erit antecedens, quia talis Creatura contraheret, sive non maneret sub dominio absoluto Dei; Creatura vero naturaliter tamen indestructibilis sub illo dominio manifeste manet, cum illam Deus possit destruere quando voluerit.

230.

Arguitur 5.º Angelus, rationalis anima, et materia prima sunt naturaliter destructibilia: quia ~~naturalia~~, et materia prima et beata visio est naturaliter destructibilis. Probatur antecedens: Angelus, anima rationalis, et materia prima habent capacitatem naturalem, ut destruantur; sed quod habet capacitatem naturalem ut destruatur, est naturaliter destructibile: ergo. Probatur minor: capacitas illarum entitatum, ut destruant formam cum ipsis; sed ipsae sunt naturales: ergo et capacitas quam habent, ut destruantur naturalis est. Ad argumentum respondeo distinguendo antecedens: Angelus,

ãu raonalis, et mãa v.re sunt nalz, id ẽ, ex sua mãa destructibilis; dθo: illarũ siquidẽ entitatũ mãa ñ repugnat metaphysicè corruptioni; sed nalz, id ẽ, sine miraculo, et stãs juribus servatis, destructibiles; neqz ans. Deus enim illas destruendo, õmnino rerũ ordinẽ transgrederet. Atqui tu Virũ memorum Philũ dignũ liberet Authoris: Theologi autẽ Viri in ipsius solutione ñ decet amplius morari.

231. Arguis deniqz: visio beata procedens ab auxilio Dei purè extrinseco esset nalz destructibilis: q̃ et destructibilis nalz ẽ v.io beata procedens ab intrinseco auxilio, nimirũ lumine gloriæ. Ratio cõs ẽ: q. utraqz visio esset ejusdẽ raonis. Respondeo neg. ans, proz ipsam cõs rationẽ. Licet Deus ñ teneat ad illã specialẽ aplicationem suæ Omnipotentiæ, tamẽ ad talis aplicationis õservationẽ, ni velit Creaturæ violentiã inferre, rerũ quæ exigentiis non se acommodare, tenetur; sicut licet Deus potuerit non aplicare suam Omnipotentiã ad producendã raonalẽ animã, semel tamen, quod aplicuerit, et produxerit, tenet aẽ raonalẽ õservare, si velit sẽ ut Authorẽ nalẽ exercere, aẽ s ñ inferre violentiã.

232. Instabis, paritate õductionis, et õservationis raonalis aẽ nullã ẽ; Deus enim ẽ universalis

et ordinarius Author naturalis est; visionis verò, nec unicum, nec ordinarium principium est; visio namque potest eum produci à lumine, quod quidem est visionis ordinarium, vel etiam connaturale principium. Respondetur instantiam solum probare, quod non negamus, Deum nimirum non teneri determinatè ad conservandum specialem applicationem suae Omnipotentiae; sed vel ad illum conservandum, vel ad lumen producendum; quia quolibet ex his modis aequè fit satis exigentiae visionis productae, quae contenta est quolibet principio sufficienti ad ipsius conservationem. Visio exiget potius lumen, quam Omnipotentiam specialiter applicatam, si illud dicendum sit principium connaturalius visionis; quod autem hoc potius, quam illud principium visio exigat, non tollit, quod illo contenta sit, ex suppositione, quod principium aliud ipsi non concedat.

Sectio 2.a

An perpetuitas sit de conceptu essentiali Beatitudinis?

233.

Est quaerere, utrum connaturaliter intelligi possit vera et perfecta beatitudo nostra, quin connaturaliter intelligatur, actus ipsam constituentes in aeternum esse duraturos? Quaestionem hanc antiqui, ut in plurimum, expressè non definierunt;

ideóq. de ipsorum sententia dubitari posse, ~~[illegible]~~ notavit Acutissim. disp. 2. capite 2º. Perpetuitatem non esse de conceptu essentiali beatitudinis, docent Montesinos, et alij cum Granado tract. 3. disp. 3. sect. 2. Esset de conceptu essentiali beatitudinis perfectae talis perpetuitatem, tuentur Ejusmius, Acutissimus & Salas, Izquierdo, et alij cum Oviedo tract. 1. contro versia 3.ª puncto 1. Magist. Lorca disp. 38. in articulum 2.um quest. 5. D. Thome sensuit parum referre hanc vel illam sententiam tenere. Sed, cum D. Thomas manifesté sit pro 2.ª sententia ut videbimus, Lorca dixisse, videri poterit, parum referre tenere, vel non tenere diui Thome opinionem.

<u>232</u>. Sit conclusio: perpetuitas est de conceptu essentialis beatitudinis verae et perfectae talis. Conclusio probari posset plurimis S.ti Augustini testimonijs. Sufficiat quod habet lib. 13. de Trinitate cap.e 8.º ubi laté hanc sententiam probat, et concludit: <u>nullo modo igitur esse poterit vita vera beata, nisi fuerit sempiterna</u>. Ex Doct.re Angelico etiam confirmari posse pluribus in locis: satis sit illum referre 1.ª parte quest. 62. artic. 2. in corpore dicentem: <u>stabilitas sem</u>

piterna ē de ratiōne veræ beatitudinis. Pbat breviꝫ à ratiōe: beatitudo verè, et perfectè talis debet plenè, ac perfectè satiare appetitũ rationalẽ, tollereq omnẽ anxietatẽ, ac tristitiã; sed si, beatitudo ñ esset perpetua, illa omnia facere ñ posset: ꝗ. Pbat 2º: quod maximè desiderat apetitus rationalis, ē maximo bono semper frui, numquamq illo privari; et si illo spoliandus esset, tristis anxius, et inquietus redderet: ꝗ si beatitudo ñ esset perpetua, ñ tolleret, sed potius induceret anxietatẽ tristitiã, et dolorẽ: ꝗ.

235

Objicies 1º: da homi cōcedi visionẽ intuitivã Dei ad mille tantũ annos, et posteà cōcedendã illi esse in æternũ cognitionẽ Dei abstractivã valdè clarã, talẽq qualẽ sufficere, dicimus, ad hominẽ naturalẽ beatificandũ. Modo sic: talis hō redderet verè beatus; atqui ñ redderet verè beatus pʳ visionẽ Dei in æternũ duraturã: ꝗ. Pbat mʳ: talis homo esset verè beatus, si illi cōcederet illa tantũ clara abstractiva Dei cognitio æterna: ꝗ àfortiori erit verè beatus, si pʳ longũ tempus mille annorũ intuitivã etiã Dei visione fruat. Ad argumentũ admissa hipothesi, distinguo mʳ: talis hō redderet verè Bea

tur cum restrictione termini naturalis; permito: sine tali restrictione, sed absolute et simpliciter; nego minorem, cujus probatio tantum vera est de beatitudine restricta termino naturali.

236. Intra naturales terminos maior alia et perfectior possessio Dei non est homini possibilis cognitione, licet clara, abstractiva tamen Dei; ideoque restricte ad tales terminos cognitio abstractiva Dei clara, quamquam ratione abstractionis patiatur, et in aeternum duratura, vera hominis beatitudo dicitur; absolute tamen et simpliciter loquendo homini possibilis est alia possessio Dei perfectior, qualis per cognitionem intuitivam habetur, ideoque sola haec cognitio, si duratura sit in aeternum, poterit hominem beatificare, sola enim ipsa, et non abstractiva poterit hominem vere, ac perfecte satiare simpliciter, si duratura sit in aeternum. Tamen propter distinctionem permissi; quia praecedentia illa visionis intuitivae videtur aliquomodo minuere potius, quam augere felicitatem hominis illius, qui illam sine merore amitere non posset, et ut inquit P. Ulloa, talis Creatura Deo dicere posset illud Psalmi 101: elevans allisisti me; Deus enim se gereret cum homine illo, inquit Mair, sicut si aliquis faceret cum Rustico Regem,

ad ſtivam iterũ cogerem.^r reddire. 237.

Objiciev 2.º durão boni operis et hujus intentio finita est: ergo et beatitudo justi operi correspondens poterit esse limitata, et finita quoad durationẽ. Dist. ant., distinguo conseq.: ergo et beatitudo, manente vera, ac perfecta beatitudine, poterit &c.ª nego; non manente vera, et perfecta beatitudine; conc. Deus ex pura sua misericordia, ac infinita liberalitate voluit momentaneæ, et levi tribulationis, ac operationis nostræ æternum gloriæ pondus, ac durationẽ operari in Cælis; itaq. statuendo, vera ac perfecta beatitudine nostra merita decrevit præmiare. Potuit idq. Deus decernere in præmium nostrum visionẽ sui duraturam per x. annos v.g., et hoc præmio penitus satisfaceret merito nostro; sed tunc casus dici non posset, decretæ, ac promissam esse in præmium nostrorum operum veræ, et perfectæ Dei assecutionis, possessionis, ac beatitudinis; hæc namq.e stare non potest sine exclusione omnis miseriæ, et consequenter omnis anxietatis, ac mæroris. 238.

Objiciev 3.º visio hic, et nunc existens eadem omnino est, eodemq. modo afficit homẽ, sive in æternum

sit duratura, sive sit post aliquod tempus destruenda; sed si in æternum sit duratura, hominem verè, et perfectè beatificat: ergo etiam verè ac perfectè illum beatificabit, etiam si post aliquod tempus sit destruenda. Argumentum probat, Deum eodem modo æquo jure dici posse puerum unius anni, ac senem annorum 700, eodem namque modo illum afficit modo tempus, sive duratio, si extiterit anno 700, ac si extitisset unum tantum. Directè distinguo majorem visio hic, et nunc existens physicè eadem omnino est, eodemque modo afficit hominem, sive in æternum sit duratura, sive post aliquod tempus destruenda; concedo: moraliter eadem omnino est, eodemque modo afficit, nego majorem, concedo minorem, et consequentiam nego, ne coarctetur. Licèt æternitas, neque physicè existat tota simul, neque sit simul physicè existere possit, tota simul satiat, et quietat appetitum hominis; ad hoc enim non requiritur, totam æternitatem existere physicè dum satiat, et quietat; sed aliquid ipsius physicè existere, durationem nimirum correspondentem præsenti tempori, et reliquum existere moraliter, id est, constitutum physicè esse per differentias temporis sibi correspondentes.

239. Objicies V. instando: visionem esse duraturam

durantem dicit hominem habiturum esse visionem, et non esse duraturam, dicit durantem hominem postea non esse habiturum visionem; sed homo hic et nunc durans constituitur Beatus per id, quod habet, et non per id, quod est postea habiturus: ergo homo eodem modo est actu Beatus, sive visio duratura sit, sive destruenda. Confirmatur: hominem esse Beatum hic, et nunc, est aliquid physicum; sed visio, ex concessa hic et nunc physice eadem est, eodemque modo afficiens hominem, sive duratura sit in aeternum, sive non: ergo. Ad argumentum concessa minori, nego maiorem. Hominis beatitudo in esse verè et perfectè talis constituitur non modo per id, quod homo modo physicè habet, sed etiam per id, quod posteà physicè habiturus est, modoque morali existit, quatenus deservit ad denominandum perfectè beatum, sicut homo sexagenarius dicitur, non modo duratione illa, quam modo physicè habet, sed etiam durationes alias, quae physicè praeterierunt deserviuntque modo ad constituendum illum sexagenarium.

220.

Ad confirmationem distinguo maiorem: hominem esse beatum hic, et nunc, est aliquid physicum habentem omnes suas partes hic, et nunc physicè existentes nego: est aliquid physicum habentem aliquas sui partes hic et nunc physicè

existem; et extiterunt hi alias pro suis differentiis temporis; ideo non, ut est concessa etiam in sensu supra explicato, negi coam. Beati sunt vere, physice, et realiter Beati; indeque beatitudo, quam in esse daliy constituunt, physice, et realiter existere debet. Sed licet beatitudo physice, et realiter existere debeat, non debet physice, et realiter existere simul his omnes suas partes subsessivas, sed sufficit, modo physice existerent partes correspondentes huic temporis differentiae, et postea in propijs suis differentijs extiturae esse partes alias.

Sectio 3.a

Utrum certitudo perpetuitatis sit de conceptu beatitudinis?

221. Est quaerere: an de essentia beatitudinis verae, et perfectae talis sit, quod Beatus certo sciat, se in aeternum esse fruiturum Dei visione, et amore, quibus gaudet. Negativam sententiam tenent non pauci cum Cardinali de Lugo disp. 12. de incarnatione sect. 1.a Affirmativam sententiam tenent plures cum Izq.do Ulloa, et Mair hic tract. 3.o disp. 1.a quest. 2.

artic. 3.º Cum hic sit nostra conclusio: de essentia beatitudinis est certitudo perpetuitatis ipsius. Probatur conclusio ex S.to Augustino lib. 11. de Civitate cap. 13. dicente: cuivis jam non difficulter occurrit, utrumque conjunctum effici beatitudinem::::: hoc est ut bono incommutabili, quod est Deus, sine ulla molestia perfruatur, et in eo se in aeternum esse mansurum, nec ulla dubitatione cunctetur, nec ullo errore fallatur. Idem repetit S. Doctor pluribus aliis locis. Confirmatur ex S.to Thoma, qui eandem doctrinam tradit pluribus in locis, sed praesertim 1.a 2.ae quaest. 5. artic. 4.º in corpore ubi ait: oportet, quod desiderium hominis quietet (scilicet beatitudo) et omne malum excludat::::requiritur igitur ad veram beatitudinem, quod homo certam habeat opinionem, bonum quod habet, nunquam se amissurum.

222.

Probatur à ratione conclusio: illud est de conceptu perfectae beatitudinis, sine quo plenè non satiatur appetitus Creaturae rationalis ut talis; sed sine certitudine de perpetuitate possessionis Dei plenè non satiatur appetitus Creaturae rationalis ut talis: ergo talis certitudo, seu cognitio notitia perpetuitatis est de conceptu beatitudinis perfectae. Constat major esse communem PP. ac Theologorum sensum. Probatur minor: non satiatur plenè appetitus Creaturae rationalis, quando

relinquit locus anxietati, et timori; sed ergo certo Beato non constaret de perpetuitate possessionis Dei, qua gaudet, daret locus anxietati, et timori; ipsum namque dubium, aut ignorantia circa permanentiam possessionis ejusmodi excitare posset anxietatem, et timorem circa permanentiam eandem: ergo Confirmatur: sicut a natura rationali et ens naturali per se appetit, ita etiam appetit perpetuo esse Beata: ergo nisi certa sit de perpetuitate suae beatitudinis, exposita erit anxietati erga perpetuitatem eandem.

223. Respondent 1.o Recentiores nostri, beatum absorberi a Deo viso, et gaudio de ipso percepto, ita ut penitus obliviscatur aeternitatis aut non aeternitatis beatitudinis ipsius, et consequenter locum non relinqui anxietati circa beatitudinis amissionem. Contra responsionem est 1.o ipsa expressè impugnari Sanctorum Augustini et Thomae testimoniis. Contra est 2.o beatitudo perfecta debet positivè satiare, et quietare appetitum rationalis Creaturae; sed per illam oblivionem seu potius inadvertentiam positivè non satiat, et quietat appetitum Creaturae rationalis: ergo. Ratio minoris est, quod beatitudo est perfectio positiva beatificabilis; pura autem negatio non est perfectio positiva beatificabilis, positiva namque non

perficiunt nisi per actum. Ergo ejus est clara, oblivio enim, sicut inadvertentia nihil aliud est, nisi negatio actus memoriae, et cognitionis rei illius cujus obliviscuntur, et ad quam non advertimus.

Respondent 2°, negationem anxietatis, et tristitiae non esse de conceptu essentialis beatitudinis; sed de conceptu beatitudinis integraliter acceptae ut patet in Christo Domino, qui dum esset in hac vita mortali, beatus erat essentialiter, sive quoad essentialia; et tamen subjectus extitit poenis innumeris, doloribus, et anxietatibus. Forsan dici posset, de conceptu beatitudinis esse excludere tristitiam, et anxietatem ortam ex timore amittendi Dei possessionem, in qua stat essentialis beatitudo; non vero tristitiam, et anxietatem ex aliis principiis provenientes, sicut Christi Domini dolores, et anxietates proveniebant. Sic, inquam, posset forsan responsio explodi; sed hac responsione uti non videmus, nec nos jam eandem respondere tenemur. Vera responsio igitur est, beatitudinem Christi Domini, etiam in vita mortali degentis non impossibilem esse, ac exclusionem omnis poenae, doloris, et anxietatis; quia sane per miraculum simul extitit Christus Dominus: quod ex eo quod Christus in vita mortali doloribus, ac anxietatibus simul extiterit, non probat essentialem—

R. P. Thomas Tafsion Angl.

beatitudinem ex se, et ex sua natura, exclusivam illorum non esse.

225. Arguet 2° ra 5°: potest aliquis quietari, et satiari regiâ dignitate etiamsi sciat illam non esse in perpetuum duraturam: ergo et beatitudine. Confirmatur: Beatus cognoscens, beatitudinem Dei esse æternam, etiamsi non sciat, propriam beatitudinem fore æternam, habet jam suam beatitudinem adæquatam; cognoscit enim, summum bonum in æternum esse possidendum ab illo, cui Creatura beata amicabili amore vult tale bonum: ergo. Urgetur: visio certificans de perpetuitate non differet specie â visione alia de ejusmodi perpetuitate non certificante: ergo si illa perfectè beatificaret, et hæc perfectè beatificare deberet. Ad argumentum respondeo distinguendo antecedens: potest aliquis quietari, et satiari quiete, et satietate propriâ illius lineæ regiæ dignitatis, etiamsi sciat, illam non esse in perpetuum duraturam, concedo: quiete, et satietate perfecta, et absolutè tali; nego antecedens, et consequentiam; quies namque propriâ beatitudinis perfectè talis est quies, et satietas plena, perfecta et absolutè talis.

226. Ad confirmationem nego antecedens, quia urget probatio. Amans amicabiliter amat quidem Amicum bonum; sed etiam ipso amore amat ab ipso non separari

rari, sive in ipsius amore permanere; indeque ad per fecte quietandum, et satiandum amicabiliter amantem non sufficit, ipsum scire Amicum semper possessurum bona; sed requirit insuper certo cognoscere se ab Amico non esse separandum, sed in illius amore semper permansurum. Inu sed instavis: beatus est perfectissime conformis cum divina voluntate: ergo si sciret, Deum velle illum privare bea titudine quam possidet, non tristaret, sed perfectissime con formaret divinae illi dispositioni. Resp.o perfectissi me se conformaturum cum illa dispositione; non tamen sine dolore, et moerore, qui minime essent contra divinam voluntatem; Deus namque in illo casu Beato non pro liberet dolorem, qui naturaliter subsequebatur ad notitiam pro- dictae voluntatis, et dispositionis Dei. 227.

Ad urgentiam regressus, distinguendo antecedens: visio certificans de perpetuitate non differet specie physica ab alia visione non certificante; nego: non di ffert specie theologica; omitto antecedens; nego consequentiam. Licet species theologica illarum visionum eadem esset, quia utraque respiceret tamquam obiectum primarium beatificum obiectum; differ rent tamen physice, quia in una daretur respectus, qui non daretur in alia, hinc sic una posset beatificare, cum alia

beatificare posset. Responderi enim potest visiones illas convenire in specie subalterna, non verò in infima; ratione cuius diuersitatis in specie infima unam, et non aliam capacem esse beatificandi.

228. Argues 3o: perpetuitas beatitudinis formalis est aliquid creatum: ergo cognosci non potest per visionem beatificam. Probatur consequentia: id, quod cognoscitur per beatam visionem, est beatitudo obiectiva; sed nihil creatum esse potest obiectiva beatitudo: ergo. In 1a respondere posset cum aliquibus, permisso toto entimemate, quod inde inferat, beatos non cognoscere perpetuitatem suae beatitudinis; possunt enim illam cognoscere per cognitionem aliquam, quae visionem comitetur, quaeque essentialis sit beatitudinis perfectae, ac completè sumptae. Respondetur tamen aliter: distinguo primo sliet antecedens: perpetuitas formalis beatitudinis formalis est aliquid creatum; concedo: perpetuitas veluti radicalis, et denominativa beatitudinis formalis est aliquid creatum; nego antecedens, et distinguo consequens: ergo perpetuitas veluti radicalis, et denominativa nequit cognosci per visionem beatam; nego: perpetuitas formalis; subdistinguo: nequit cognosci immediatè et directè; permitto: nequit cognosci mediatè, et indirectè; nego consequentiam.

Perpetuitas formalis beatitudinis formalis ē quid creatū; ē namque ipsa æterna beatitudinis duratio: perpetuitas verò radicalis, seu terminativa, et illativa n̄ ē quid creatū, sed quid divinū; ē enim decretū Dei de conservando Beato in suo statu in æternū. Hinc ut Beatus reddatur certus, ac securus de perpetuitate sui status beatifici, n̄ ē necessariū, ipsum directè, ac immediatè cognoscere per beatam visionem aliquid creatū; sed sufficit, cognoscere directè, ac immediatè divinū illud decretū, et mediatè, ac indirectè formalem perpetuitatem beatitudinis ipsius, circa quam versatur tale decretū. Beatitudo obiectiva est id, quod directè, et immediatè cognoscitur per beatam visionem; n̄ verò id, quod tantū mediatè, et indirectè attingitur.

25.

Arguēs 3.° si visio beata deberet nobis repræsentare Deū ut volentem, et decernentem nos in æternū beatificare, deberet repræsentare Deū, n̄ tantū ut bonū sibi, sed etiam ut bonū nobis: ergo amor beatificus deberet Deū ut talem amare: ergo n̄ tantum amor perfectæ amicitiæ, sed etiam amor concupiscentiæ esset de conceptu beatitudinis. Ad argumentū, concesso ante, nego conseq. Obiectū n̄ debet amari sub omni illa ratione, sub

qua ab intu̅ proponit, ut f. in actu perfecq charitatis vis, ad quq scilicet presupponit actus intus nobis proponens Deus, n̄ tantq ut in se bonq, sed etiā ut bonq nobis. = Sed instat: sicut beatificus amor n̄ debet Deus amari ut nobis bonus, n̄ ē, cùm ad talē amorē presupponi debeat cognitio Dei ut boni nobis: q. Resp. neg. antec. Licet Deus n̄ debeat amari sub illa ratione, debet sub illa cognosci, ut excludat à Beato omnis anxietas, et timor, quibus n̄ exclusis, amor beatifi cus perfecte talis n̄ evaderet.

251.

Arguet 4º: si visio beata repraesentaret nobis beatitudinis perpetuitatē, talis visio esset essentialē indestructibilis, sed implicat beata visio indestructibilis essentialē: ergo. Maior veritas constabit ex dicendis sectione sequenti. Probatur min: visio illa esset essentialē vera; sed visio essentialē vera essentialē connectitur cū suo obto: ergo visio illa essentialē connecteretur cū perpetuitate sui ipsius: ergo. illud argumentū distinguo maiorem: si visio beata nobis repraesentaret beatitudinis in individuo perpetuitatē, esset essentialē indestructibilis; permitto pro ut infra dicenda: si visio beata repraesentaret beatitudinis ratē, et

disjunctivè sumptè perpetuitas esset essentialis indestruc tibilis; ergo m.dis cujus probationes desesii premissis, ergo contra. ut per beatam visionem quietet, et satiet appetitum rationalis Creaturae, sufficit, quod per ipsam visionem representetur Deus decrevisse, in eadem Creatura semper conservari visionem aliquam ex infinitis illis, quibus ipsa Creatura aequè perfectè potest Deum videre, ac possidere. Visio essentialis vero connexa cum ejusmodi decreto non connectitur essentialiter cum sui ipsius perpetuitate, sed cum perpetuitate status beatifici habendi vel per ipsam, vel per aliam Dei visionem aequè aptam ad beatificandum.

Sectio 2.a

An possibilis sit visio beata essentialiter indestructibilis?

252.

Possibilem esse Creaturam essentialiter indestructibilem, talemque esse de facto visionem beatam ratione essentialis connexionis cum sua aeterna duratione representata in divino decreto, quod intuitivè attingit visio, tenent Arriaga, Oviedo, et alij apud Marin hic disp. 2.a sect. 3.a Negativam sententiam tuentur Eximius

lib. 1º de Angelis cap.e 9. Acutissim.s Cardinalis de Lugo, Luix, et plures alij ap.d et cu P.e Izquierdo disp.e 8.a de Deo â num.º 6.º Adeo certa visa ẽ opinio hæc pluribus Theologis, ut aliqui contrariã apellentite merariã; alij verò hanc suã negativã certã de fide. Censuras horu D.D. ñ aprobo, licet opinionẽ eorundẽ amplectar.

253. Sit 1.a nrã Cõtio: ñ ê possibilis Creatura essentialiẽ, sive metaphisicè indestructibilis â Deo. Prob.r 1.º Cõtio ab authoritate: Sapientiæ 11.º dicit.r: quomodo aliquid posset manere nisi tu volluisses: 2.º Macabeoru cap. 8.º: qui potest universum Mundum uno nutu delere: 1.a ad Thimoteu cap. 1.º: is solus (nempè Deus) hbet immortalitatem. Sacroru Bibliorũ doctrinã frequenter repetunt, ac declarant S.S. P.P. docentes ca pacitatẽ ad incipiendu esse, esse certu ac manifestissimu capacitatis ad desinendu. Audiat S. Heronimus dialogo 2.º cõtra Pelagianos dicens: solus Deus habet immortalitatẽ (nimiru essentialẽ) q.a ex. nat.a e ñ p.r gratiã habet esse. Audiat S. Damascenus lib. 2.º de fide cap. 3.º: immortalis ê Angelus, ñ natura, sed gratia; nã omne, quod cœpit, desinere sua aptè

naâ potest. Audiat S. Cirilus lib. 8.º thesauri cap. 2: et si Angelus immortalis quodq revera [illegible] volumus, et gratia Salvatoris; damq gª oriq habuit, et esse cepit, desidere quoq potest, et n̄ esse. Similia habet S. Augustinus varijs in locis, et plures alij S.S. PP, quos videre poteritis apud Pm Illdrexe de Incarnatione disp. 36. sect.e 5.ª

252.

Respondebis 1.º allatas authoritates nimis probare; probant enim, nullam esse possibilem Creaturam naâlem indestructibilem; dicunt enim in ipsis nullam Creaturam esse naâ sua immortalem. Resp. ex ipsis testimonijs satis manifeste constare, in illis terminos naâ sua n̄ accipi, sicut communiter nunc temporis usurpantur â Phis, et Theologis; sed pro idem valent, ac ex exigentia essentiali, et independenter ab alterius voluntate; hoc, inquam, manifeste [illegible]; [illegible] ipsos tum explicant S.S. PP.s immortalitatem propriam solius Dei; respondebis 2.º ex allatis testimonijs solum inferri, de facto nullam esse Creaturam essentialiter indestructibilem, n̄ vero deduci, nullam esse possibilem Creaturam, quae essentialiter indestructibilis sit. [illegible] 1.º fere omnes, qui possibilem admittunt talem Creaturam, illam de facto existere concedunt, et talem esse, dicunt,

visionem Dei intuitivam: quamvis testimonia illa de facto damnis loquerentur fere omnes Adversarios illas oppugnantur. Itaque est 2°: producere testimonium aeque probantur de possibilibus Creaturis, ac de existentibus; eadem enim ratio pro omnibus militat; omnes enim necessario habent capacitatem ad incipiendum, dependentiamque quoad esse ab alterius voluntate: ergo.

255. Probatur 2°. a ratione Dum: non est possibilis Creatura, quae si existeret, derogaret perfectissimo Dei dominio in creata omnia; atqui si existeret Creatura metaphisice ac essentialiter indestructibilis derogaret ejusmodi perfectissimo Dei dominio: ergo. Probatur major: perfectissimi Dei dominij in creata omnia proprium est, posse pro arbitrio pro suo nutu destruere quamlibet Creaturam; sed Deus non posset pro arbitrio destruere Creaturam essentialiter indestructibilem: ergo. Probatur minor: perfectissimi dominij in creata omnia proprium est, posse pro arbitrio Creaturam pro suo nutu producere: ergo et destruere. Probatur consequentia: Creaturam destruere, nihil aliud est, nisi non conservare; atqui non conservare, est non producere; conservatio enim nihil aliud est, nisi productio continuata: ergo. Confirmatur: non est concedendum Deo erga Creaturas domi

nij minus illo, quod voluntas nostra habet in suos actus liberos; atqui voluntas nostra, non solum debet posse pro suo nutu actus liberos producere, sed eos conservare, vel destruere, prout maluerit: ergo.

256.

Sit 2.a Dictio: eum si omittatur possibilitas Creaturae essentialiter, sive metaphysice indestructibilis a Deo, dari esse non potest visio beata ex speciali titulo repugnantiae stantis in eo, quod sua metaphysica indestructibilitas haurire debeat ex connexione ipsius visionis cum divino decreto de non destruenda visione eadem. Probatur Dictio: divinum illud decretum, cum quo talis visio connectenda esset, neque esset decretum Dei liberum, nec decretum Dei necessarium; sed implicat Dei decretum, quod nec liberum nec necessarium sit: ergo eiusmodi visio implicaret ex speciali titulo connexionis cum eiusmodi decreto. Probatur maior quoad 1.m partem: non est decretum Dei liberum illud, quod decernit conservare visionem essentialiter, et metaphysice indestructibilem; sed tale esset eiusmodi decretum: ergo. Probatur maior: non est decretum Dei liberum illud, quo decernit fieri id, quod metaphysice necessarium est, fieri; sed visionem essentialiter et metaphysice indestructibilem conservari,

metaphicè necessario fieri ut p.^x separet: g. ipsius
stat, q.^a aliàs dici posset, Deo liberg esse sui ipsius
existentiam, sive posse liberè velle sui ipsius existentiam.

257.

Probatur

iam n.^a pars m.^{ta} ejusdem, q. nimirum n. sit neces
sarium decretum illud: si decretum illud esset necessarium,
beata visio ratione sui, et n. ratione connectionis inten
tionalis cum tali decreto esset metaphicè indestructi
bilis; sed hoc ē contra id ipsum, q.^d Auth.^s sententiæ
contrariæ supponunt: q. Probatur m.^x si decretum illud eēt
necessarium, Deus n. posset nolle, visionem illam esse in
destructibilem; sed si Deus n. posset nolle, visionem illam
eē indestructibilem, visio ratione suâ, et n. ratione connexio
nis cum decreto esset metaphicè indestructibilis: q. Probatur
m.: si Deus n. posset nolle, visionem illam esse indestruc
tibilem, independenter ab omni decreto Dei daretur in Deo
impotentia ad talem visionem destruendam; sed si independenter ab
omni decreto daretur in Deo impotentia ad talem visionem des
truendam, indestructibilitas n. oriretur ex connectione in
tentionali cum decreto: q. Ratio m.^{xix} ē, quod indepen
denter ab omni decreto daretur in Deo impotentia illa, quæ om
ne decretum Dei antecederet, sicut necessariò antece

deret in poā=ad destruendū visionē metaphicē indestructibilē. Pbat^r m: impoā Dei ad destruendū, et impoā Creaturæ ut destruat^r, correlativæ sunt: ergo si independenter ab omni decreto daret^r in Deo impoā ad destruendū talē visionē, independenter etiā ab omni decreto daret^r in visione illa impoā ut destrueret^r à Deo: ergo.

Sectio 5.^a

Respondetur argumentis.

258.

Objicies 1.º: necessitas conservandi Sacramenta, aut Beatorum, et similia non opponit^r Dei dominio in omnia creata: ergo neque opponit^r eidem dominio Dei necessitas conservandi Creaturæ essentialiter indestructibiles. Pbat^r conseq.: ideo prior necessitas non opponit^r Dei dominio in omnia creata, quia est necessitas coeva divinæ voluntatis producendi, vel etiā conservandi Sacramenta, aut Beatorum, et similia; sed etiā necessitas conservandi Creaturæ essentialiter indestructibiles esset coeva voluntatis, non solum producendi, sed etiā conservandi tales Creaturæ: ergo. Pbat^r m: qui perfecte sciens, voluntatem alicujus liberè habere hanc, vel illam pro-

pietate eg sponté produci vult proprietates illius rei; atqui Deus perfecté sciens proprietates indestructibilitatis nimirum, illius creaturae eas produceret: ergo

259.

Ad 2dum

quitur, concesso antecedente; nego consequentiam, cujus probationem distinguo minorem ergo est necessitas puré connexionis; concedo: ergo est necessitas non puré connexionis, sed connexionis contractualis, et antecedens virtualis; nego minorem; et distinguo majorem, sed necessitas conservandi Creaturam essentialiter indestructibilem esset necessitas puré connexionis, non solum producendi, sed etiam conservandi talem Creaturam; nego: esset necessitas non puré connexionis, sed contractualis connexionis, et virtualis simul antecedentis; concedo majorem, cujus probationem distinguo majorem qui perfecté sciens, creaturae alicui inesse hac, vel illas proprietates, illam sponté producit, vult voluntate virtualiter inclusa in ipsa voluntate producendi proprietates illius rei; concedo: vult voluntate diversa, et non connexa cum ipsa voluntate producendi; nego minorem, et concessa minore, nego consequentiam. Voluntati divinae producendi Creaturam essentialiter indestructibilem consequeretur necessitas conservandi ejusdem Creaturae: necessitas haec esset contractualis connexionis; quia supponit consecuta ad illam voluntatem; sed simul esset virtualiter

li necessitas ant.ª, q. esset n. minor oppositio divino dominio in omnia Creata oppositione orta ex necessitate, qua divina voluntas n. consequeretur.

260.

Et ratio est; q. velle existere ejusmodi Creaturas, idem esset, ac velle, existere Creaturas n. dependentes debita dependentia à Deo: siquidem omnes dicere deberent, ejusmodi decretum esse necessitatem antecedentem in ordine ad destruendum divinum dominium circa res omnes creatas, auferendumque Dei libertatem, quæ essentialiter illi est circa dispositionem Creaturarum omnium, ita nos dicimus de decreto illo chimerico producendi Creaturas essentialiter indestructibiles. Velle producere rem, cujus proprietates cognoscuntur, esse velle producere ipsius rei proprietates voluntate saltem indistincta, et virtualiter inclusa in ipsa voluntate producendi rem; velle autem hoc tantummodo rei proprietates, n. est eas velle omni eo modo, quo eas debet posse velle ille, cujus proprietatum existentia, et n. existentia debet libera esse, etiam ex suppositione productionis, et existentiæ entitatis: Etiam ex suppositione existentiæ Creaturæ cujuscumque debet libera esse Deo destructio, et n. destructio Creaturæ: si q. suppositâ divina voluntate producendi Creaturas, Deus n. manet liberum velle conservationem, aut n. conservationem

Creaturæ ejusdem, sola voluntas producendi Creaturæ non sufficit ad denotandum exercitium divinæ libertatis, consequenter necessitas orta ex ejusmodi voluntate conservandi Creaturæ Dei requirit necessitatem verè, et simpliciter contrariam conservationi ejusdem.

261. Objicies 2°: Possibilis est entitas essentialiter impotens permanere in suo esse, ut est duratio, nempe quæ in singulis momentis conservatur ad rationalis v.g. ergo et possibilis erit entitas, quæ postquam existit, non possit non conservari, saltem per breve tempus, v.g. per diem; ex hoc autem fit, non implicare entitatem creatam, quæ postquam à Deo producta fuerit, exigat essentialiter durare per totam æternitatem; semel enim posito, de ratione dominii Dei non esse in omnibus et singulis momentis posse Creaturas productas destruere, nullus esse potest efficax argumentum ad probandum, esse contra dominium Dei non posse aliquam Creaturam in aliquo instanti destruere: ergo.

Ad objectionem, concesso antecedenti, nego consequentiam. Inconservabilitas in esse signum perfectionis, est quæ in Creatura summè finita, et limitata esse potest summa; exigentia verò essentialis conservationis est signum perfectionis longè superantis perfectionem Creaturæ, quæ ratione suæ

subordinationis, et dependentiæ à Deo deuet in omnibus et singulis instantibus non resistere omninò invincibili suæ destructioni.

262.

Instabis: non minus perfectum est dominium Dei circa Creaturarum conservationem, quàm circa Creaturarum destructionem; sed ipso dicta perfectioni divini dominij non derogat per inconservabilitatem alicujus Creaturæ in aliquo instanti: ergo nec divino dominio derogat per alicujus Creaturæ indestructibilitatem in aliquo instanti. Instantiæ respondeo, dictis insistendo, concessis præmissis, negando consequentiam. Indestructibilitas argueret impotentiam indestruendo, ideoque perfectioni divini dominij derogaret; inconservabilitas verò argueret impotentiam tantùm ex parte non conservabilis et ideò ex inconservabilitate Creaturæ essentiali subsequentis diminutio, aut aut derogatio divini dominij non arguit. Instas adhuc: nequit Creatura esse impotens conservari à Deo, quin Deus etiam sit impotens illam conservare: ergo etiam ex inconservabilitate Creaturæ infertur in Deo impotentia, et consequenter imperfectio. Respondeo, distinguendo antecedens: nequit Creatura esse impotens conservari à Deo, quin Deus sit etiam impotens latè, et impro

pie illg observare, 2do: quj Deus sit eius impotens proprie, ac stricte; ergo anima, et eorum de impossibilitate stricte tali.

263. Ut variis in locis optime notat S. Thomas non est dicendum, Deum non posse facere aliqua, quod aliqua fieri non posse, quando divina Omnipotentia non se extendit ad aliqua exercitia circa res creatas eo, quod harum imperfectio non patiatur ejusmodi exercitia circa easdem versari. Hujusmodi est indeservabilitas Creaturae essentialiter subcessivae, quae ratione propriae imperfectionis limitatur ad non accipiendum a Deo bonum existentiae nisi pro unico instanti. Adde, argumentum, et instantias probare contra plures ex Adversariis, possibilem esse Creaturam metaphysice, et essentialiter indestructibilem, quae talis sit independenter ab intentionali connexione cum decreto de ipsius non destructione, sicut possibilis est entitas essentialiter subcessiva, et indeservabilis per plura instantia, quae sit talis independenter a connexione intentionali cum aliquo decreto de ipsius functione, sive in conservabilitate.

Objicies 3.° si factis rationes probarent, probarent etiam, impossibilis esse speciis essentialiter indestructibilis quoad speciem, sive in esse tali; sed possibilis est species quae semel producta, essentialiter destructibilis sit quoad speciem, sive in esse tali: ergo. Ratio minoris est: quod omnium ad mitatur possibilis visio beata vage representaret per petuitatem sui, vel alterius visionis similis; talis autem visio esset essentialiter indestructibilis quoad speciem; si enim ipsa non destrueretur, necessario producenda esset visio alia ejusdem speciei. Argumento respondeo negando minorem cum essentiali necessitate existendi speciem aliquam stat cujuscumque individui existentiam et conservationem in unoquoque instanti esse specialis favoris, et gratiae Dei; ex necessitate namque existendi speciem non sequitur, quod si individuum A producatur debeat hoc in instanti sequenti conservari; stante namque quod conservatio cujuscumque existentis unoquoque instanti sit nova sive specialis gratia, et favor Dei salvatur divinum dominium, quod destruere Creatura in se essentialiter indestructibilis nam cujus non esset novus favor, et gratia Dei perpetua ipsius conservatio. Non nulla attingit argumentum, quae vel certo falsa vel difficilia sunt, quaeque dissimulo, gratia ad argumentum.

solutiones eorum explico n. ē necessaria.

265. Objicies V: ideò

spondet divino dominio immovilitas hujus ubicaonis et inservabilitas hujus duraonis: q.a alias produceret n. posset substantiam ~~~ movilem, et inservabilem: ḡ etiam spondet Dei dominio visio essentialiter indestructibilis ex connexione cum divino decreto de nulla creatura destruenda: q.a alias similiter n. posset Deus habere decretum, quo liberè nollet creaturam nullam destruere. Pbar coa: sicut si Deus haberet hoc decretum: nullam creaturam producam, visio ejusmodi decreti esset essentialiter improducibilis, ità etiam si Deus haberet hoc decretum: nullam creaturam destruam, visio decreti hujus esset essentialiter indestructibilis: q. si dicas, visionem decreti illius, nullam creaturam destruam esse, n. modo indestructibilem, sed etiam improducibilem, sive impossibilem reponent Adversarij visionem illam ēē solum indestructibilem, n. autem impossibilem, admodum quo decretum hoc: nullam veritatem revelabo, esset solum irrèvelibile, n. autem, n. impossibile.

266. Ad argumentum disting.o ant.: ideò spondet divino dominio immovilitas hujus ubicaonis,

et conservabilitas hujus durationis; quia alias Deus produ-
cere non posset substantias mobiles, et conservabiles, quae ex se
producibiles sunt, et minimè derogantes divino domi-
nio; 2do: quae ex se sunt improducibiles, sive impos-
sibiles eo quod derogent divino dominio; nego autem, et ejus
conseq. cujus adjuncta causalis est omnino falsa. Ali
ud est, non posse Deum decipere decretum de nulla Crea
tura destruenda, et aliud non posse videri ejusmodi
decretum visione aliqua creata cum ipso essentialiter
connexa: 1um est falsum: Deus enim, quin possibilis
sit creatura aliqua essentialiter indestructibilis decipe
re potest ejusdem decretum; libertas namque ad illud decipien-
dum nullam dependentiam habet à possibilitate creaturae essen
tialiter indestructibilis. 2um est verum: quia si tale decretum vi
deretur per visionem aliquam creatam, haec ipsa visio redderet de
cretum illud saltem inadaequatum sui nugatorium; reddere
namque decretum illud saltem inadaequatum sui necessarium, cum
saltem inadaequatum sui supponat liberum: redderet, inquam, saltem in
adaequatum sui necessarium; quia Deus necessariò vult non des-
truere creaturam essentialiter indestructibilem, inquam etiam
ferri, supponit illud decretum; alias enim ex hoc indes-
tructibilitatem non posse hauriri.

(a) D. Thomas Fasion Theol.
b

267.

Quae in contrarium probationis mi
centur, extra rem sunt, et tantum ad obtenebrandum, non vero ad
roborandum argumentum deserviunt. Decretum illud: nullam Crea
turam producam, esset necessitans tantum connexionem cum non pro-
ductione Creaturarum, ad quas terminatur; non autem termi
naretur ad visionem creatam decreti ipsius; si enim ad hanc
terminaretur, esset decretum chimericum, consequenter Deo
impossibile; Deus siquidem disponeret de non productio
ne talis Creaturae, sicut de objecto sibi libero cum esset
quid essentialiter ac metaphysice necessarium. Et hinc urgent Adversarii paritate ipsorum: ut Deus pos
sit decipere hoc liberum decretum: nullam Creaturam produ
cam, decretum ejusdem debet non comprehendere Creatam
visionem decreti ejusdem: ergo et ut Deus possit deci
pere hoc liberum decretum: nullam creaturam destruam,
hoc decretum debet similiter non comprehendere creatam ipsius
visionem, et consequenter haec ex connectione cum tali decreto
non evaderet essentialiter indestructibilis. Decretum aliud:
nullam veritatem revelabo, est tantum non revelabile, non autem
impossibile; quia nec habet, nec infert praedicatum aliquod
Deo repugnans. decretum vero: nullam visionem destruam
si ipsam suam visionem creatam comprehendat infert crea

turæ repugnans dominio Dei, et ē exercitiū Dei in dignū, ut potē chimericū ī ordine. 268.

Objiciet 5.° n̄ minùs perfectū ē dominiū Dei n̄ale, sive ut authoris n̄alis, quàm dominiū Dei supern̄ale, sive ut Authoris supern̄alis: atqui n̄ opponit dominio Dei ut Authoris n̄ae Creatura n̄alis indestructibilis, ut pt. in aīa rationali: ḡ neque opponit dominio Dei ut Authoris supern̄alis Creatura etiā supern̄alis indestructibilis. Ad argutū n̄ cessis premissis, nego cons. Perfectio dominij n̄alis Dei stat in eo, quod Deus possit facere omnia ea, quæ in ordine n̄ae fieri possunt: unde, si destructio alicujus Creaturæ in n̄ae ordine fieri n̄ possit, nihil derogat perfectioni talis dominij ex eo, quod id ipsum vi talis dominij facere n̄ possit; perfectio verò dominij Dei ut Authoris supern̄alis stat in eo, quod Deus absolutè possit plenè disponere de Creaturis sicut vellet, et suspendere sicut maluerit bona existentiæ ipsi concessa: unde si de aliqua Creatura ità disponere n̄ posset, perfectioni ejusdem dominij derogaret. 269.

Objiciet 6.° unio

divini Verbi ad aq. Xpti cognectid. essentiali cum non destructione sui: q. e essentialis indestructibili. Prob. ant.: unio divini Verbi ad aq. Xpti essentialiter cognectid cum visione repraesentante unionem illam semper duraturam esse, et cum verbo id ipsum exprimente; sed visio illa, et verbum essentialiter cognectuntur cum duratione talis unionis, ut pote quid essentialiter conforme cum suo obto: q. Prob. min.: unio illa e unio Verbi integre sumpti, et omnium suorum quae in verbo dat.: q. Argum. supponit divinum verbum procedere, n solum ex cognitione possibilium, sed etiam ex cognitione futurorum contingentium; si q. suppositionem illam negarem, ut negant n pauci, nullum esset argum. Ut aut huic locus det, suppositione admitto,

270.
Ex resp. argum. nego ant., et hujus probationis min., cujus probationis disting. ant.: unio illa e indivisibilis, et unio Verbi integre sumpti &c; nego: unio illa e divisibilis, et unio Verbi integre sumpti; conc. ant., nego cons. Supposito, divinum Verbum procedere ex omnium omnino cognitione, Verbum concipere possumus ut Verbum necessariorum, verbum contingentium conditionatorum, et Verbum contingentium absolute futurorum, distinguendaeque sunt plures uniones,

v.º quae Verbum, licet illi idem uniatur, ita ut non sit eadem unio, p.º quam visio omnium contingentium absolutorum uniatur humanitati; sed p.º unione A v.g. uniatur humanitati visioni, et Verbo repraesentanti aeternam durationem unionis B, et p.º unione C. uniatur visioni, et Verbo repraesentanti aeternam durationem priorem illius unionis A; ita nulla unio existit essentialiter connexa cum repraesentatione infallibili suae aeternae durationis, et consequenter non evadet essentialiter indefectibilis suae indestructibilis. Fundamentum ad inducendum hanc unionem distinctam sunt rationes ipsae, quae nos cogunt ad negandum possibilitatem Creaturae essentialiter indestructibilis ex essentiali connexione cum sua aeterna duratione, qualis esset hipostatica unio, hac distinctione non posita, suppositaque processione divini Verbi ex omniscientia, quae in Deo existit.

Disputatio 7.a

De oppositione Beatae visionis cum peccato.

Sectio 1.a

An visio beata sit forma sanctificans?

271. Error fuit Origenis, quem aliqui excusare conant. Beatorum voluntatem permanere mutabilem de bono in malum. Movebat. Origenes ex eo, q.d Jobi cap. 4.o dicat: ecce, qui serviunt Deo, non sunt stabiles, et in Angelis suis reperit pravitatem; et cap. 15.o Coeli (id est habitantes in ipsis) non sunt mundi in conspectu ejus. Addi posset in favorem Origenis, q.d S. Damascenus lib. de fide cap. 3.o de Angelis dicat, quod nunc ea jam sunt conditione, ut vix quidem, aut moveri, aut infici queant; et Nazianzenus orat.e 22.a affirmet Beatos aut aegre, aut nullo modo peccare posse, qui loquendi modi satis clare videntur indicare, hos S.S. P.P. judicasse, Beatos absolute, licet non

facile peccare posse.

Sed Origenis fundam.ta nullius sunt roboris. Nam testim.a Jobi, quæ intelligenda sunt de Viatoribus tam Angelis, tam hominib.s Justis, qui sæpè instanter, ac stabiles n. sunt in Justitia, sed hanc deserunt. SS. Damascenus, et Nazianzenus omnino benignè interpretandi sunt, dicendo, q.d 1.do ex propria sententia loquunt, Beatos absoluté impeccabiles docent; 2.do verò ut divinæ impeccabilitatem eandem exprimunt, loquunt juxta aliorum sententiam, quam tamen n. rejiciunt, q.a impertinens est ad eorum assumptum. Tenendum igitur est ut omninò certum, Beatos peccare n. posse; ut enim inquit S. Augustin.s lib. 3.o contra duas Epistolas Pelagi: hic præceptum ê, ut n. peccemus: ibi præmium ê, n. posse peccare.

272.

Jam ad difficultatem titulo præfixam statim resp.o, et assero: visio beata n. ê forma sanctificans. Ità Arriaga, Granado, Ripalda, et alii cum Martin disp. 2. de beatitudine sect. 1. num. 57. contra P.m Vasquez, Alexandrum et alios. Prob.r 1.o: gratia habitualis ideò ê forma sanctificans, cui debetur visio, et omne bonum; q.a est participatio divinæ naturæ, quatenus hæc ê virtus ad

omne bonum, inde sequitur, gratiam habitualem esse Dei filiationem, et jus ad hereditatem: ergo hereditatem ipsi potiori titulo conveniet ratione gratiae sanctificantis, quae est perfectior participatio naturae divinae per hujus ultimam, ac plenam possessionem. Confirmatur: dignitas meritoria est gratia sanctificans, quae est maxima felicitas Viatorum, et quae est semen gloriae: ergo summa felicitas comprehensoris, quae est gloria ipsa, debet etiam esse gratia sanctificans.

273. Argues contra V. esse

Primo Alexandro: si visio beata, sive beatitudo esset gratia sanctificans, etiam esset gratia sanctificans lumen gloriae; sed hoc tali gratia non est: ergo neque beatitudo. Ratio Majoris est, quod lumen gloriae perfectius est visione beata: ergo si huic non concedatur conceptus gratiae sanctificantis, non est cur visioni concedatur. Confirmatur: Deus non reddit formaliter Sanctum se per suam visionem: ergo neque Creatura formaliter sanctificatur per visionem ipsius Dei. Arguunt probant contra Dominum Alexandrum, actum perfectae contritionis non esse gratiam sanctificantem, quia videlicet ipsum non est gratia sanctificans habitus charitatis, qui perfectior est actu. Dixerat ergo minor, cujus probatio non urget. Licet lumen gloriae perfectior dicatur visione, cum concessu

perfectionis ipsius stat non esse formam sanctificantem, sicut est visio; sicut stat, lumen gloriae non esse veram nostram felicitatem, formalemque Dei possessionem, sicut est visio, licet minus perfecta sit. Ad confirmationem dico, Deum non esse formaliter sanctum ratione alicujus determinati praedicati; sanctitas enim in Deo, sicut et bonitas, est praedicatum omnia, et singula divina praedicata transcendens: secus in Creatura, in qua necessario assignanda est particularis aliqua ratio, quae formaliter sanctificet.

272.

Arguet 2°: peccatum est moralis miseria; visio vero beata est felicitas physica; sed moralis miseria non excludit necessario per se felicitatem, quae talis est in linea diversa: ergo visio beata non excludit peccatum consequenter non est forma sanctificans. Confirmatur visio respicit verum, peccatum vero respicit, adversative nimirum, bonum, visio est in intellectu; peccatum in voluntate: ergo visio non est in linea sufficienti ad oppositionem cum peccato, quae dicere debet forma sanctificans. [illegible] quae probat, gratiae habitualem non esse formam sanctificantem quia est quid physicum. Dicere, respondeo quoad 2am propositionem. Beatitudo non est felicitas

purè phisica, sed etiam moralis; eo enim quod sit positiva participatio naturæ Dei debet ipsi omne bonum, et consequenter exclusio peccati, quod malum maximum est.

275. Ad 2.am probationem antecedentis confirmationis dico, beatam visionem non debere representativè tendere in malum, sive peccatum, ut hoc excludat, sicut patet in habituali gratia excludente peccatum quià hoc representativè respiciat. Ad secundam probationem ejusdem antecedentis dico primo, intellectum, et voluntatem realiter identificari, consequenterque idem esse subjectum beatæ visionis excludentis peccatum, et subjectum quod haberet in se peccatum exclusum, si daretur. Respondeo secundo, quod etiam si realiter distinguantur intellectus, et voluntas forma existens in intellectu potest esse exclusiva formæ existentis in voluntate; sicut licet cognitio existat in intellectu, et trahere potest volitionem in voluntate existentem. Todo lo que se dixere de esto, parecedi aunque este en latin no sirvele i dura h.

se reaue esse parragho. Porques quia argues et ant. qui quia vis, vis quia volles, volles quia possidet libertatem et possidet libertatem quia Deus constituit hominem liberum. Et rao omnium e quia licet preceptum eius Deus et quia ego sum qui sum et Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet Dominus ex Sion dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in Die virtutis tue. Ad argumentum distinguo: non esse et non esse rerum ejusdem subiecti, dato rerum diversorum esse et non esse, nego. Clara est distinctio ex eo, quod sit implicatoria qualis est data, et non est.

276.

Argues 3.º vis non beata non est retractatio peccati: ergo neque amor et delectatio de visione non est sanitas: ergo neque ipsa visio sanitas est. Probatur consequentia: si amor et delectatio circa aliquem actum peccatum non est, neque actus ipse malus, et peccatum est: ergo. Ad argumentum respondeo distinguendo antecedens: visio beata non est retractatio formalis, et expressa peccati, dato: non est retractatio virtualis, seu equivalens, nego antecedens, et consequentiam. Sicut gratia habitualis est forma sanctificans, licet non sit formalis

Ex P. Thomas Tasson Theol.

et expresse retractatio peccati, sed tantum virtualis et
equivalens, ita etiam beata visio poterit esse forma sancti
ficans, licet non formalis, sed virtualis tantum sit peccati re
tractatio. Confirmatio probatur, gratiae habitualis non esse formam sanc
tificantem; taliter enim gratiae amor, et delectatio de ipsa
non est forma sanctificans. Dixeris: concesso antecedente, nego consequentiam; amor
naturalis et delectatio de visione non est ipsa summa feli
citas, et possessio summi boni, sicut est visio. Ad confirmationem
probationis, concesso antecedente, nego consequentiam. Disparitas est: omnis
affectus mali, sive peccati peccatum est; ideoque si affe
ctus alicuius actus peccatum non sit, recte colligitur, actum
ipsum peccatum non esse; cum autem non omnis affectus felici
tatis, sit felicitas; nec omnis affectus possessionis Dei
sit ipsa Dei possessio, ideo affectui, sive amori, et
delectationi beatitudinis potest non convenire ratio formae san
tificantis, quae ratio, ipso dicta, necessario convenit beatae
visioni eo, quod sit summa felicitas, et possessio
Dei.

Sectio 2ª

An impecabilitas Beatorum ipsis conveniat ab intrinseco, an ab extrinseco dantum?

277.

Beatorum impeccabilitatem ipsis convenire ab extrinseco, ab extrinseca nimirum providentia Dei nolentis cum ipsis concurrere ad actiones peccaminosas, tenent Doctor Subtilis in 1º dist. 22. quest. 6. et cum eo omnes Scotistae. Pro eadem sententia stant Ocamus, Gabriel, et alij cum Ricardo Victorino, qui teste Castro, lib. 1º de Heresibus verbo peccatum Heresis, docuit beatam Virginem habuisse eandem impeccabilitatem, provenientem nimirum ab extrinseca Dei providentia, postquam concepit Christum. Impeccabilitatem Beatorum his convenire ab intrinseco, sitamque esse in visione, in qua consistit inadequata beatitudo, tuentur S. Thomas hic quest. 2. artic. 2, Durandus, Mayor, D. Doctor Eximius, et Recentiores Aranda, et alij cum Oviedo, tract. 1º Controversia 1ª puncto 2.

278.

Cum Authoribus 2ª sententiae, sit conclusio nostra: impeccabilitas convenit beatis

ab intrinseco, hoc est, visio beata natura sua excludit peccatum. Probatur 3tio ratione S.ti Thomæ: visio beata natura sua pugnat cum judicio requisito ex parte actus 1.i ad peccatum: ergo visio beata natura sua excludit potentiam ad peccandum, et consequenter peccatum ipsum. Probatur antecedens: cognitio clare, et evidenter proponente, nihil esse apetibile, nisi conformis ad Deum, natura sua pugnat cum judicio requisito ex parte actus 1.i ad peccatum; sed visio beata clare, et evidenter proponit nihil esse apetibile, nisi conformis ad Deum: ergo. Probatur major: ad peccandum non sufficit judicium proponens objectum delectabile prohibitum, sed requiritur etiam, judicium illud habere vim ad movendum per modum apetitum voluntatis; atqui cum visione proponente clare, ac evidenter nihil esse apetibile, nisi conformis ad Deum, judicium proponens objectum delectabile prohibitum non habet vim ad movendum voluntatem per modum apetitum talis objecti: ergo. Probatur minor: si judicium illud talem vim haberet proponeret voluntati, aliquid esse apetibile non conformis ad Deum; sed cum visione clare, ac evidenter proponente, nihil esse apetibile, nisi conformis ad Deum, conjungi nequit in eodem intellectu judicium proponens aliquid esse apetibile

n̄ conformis ad Deum; tales namque actus n̄ra sua sunt manifesti inter se oppositi: ergo.

279.

Confirmatur: visio beata n̄ra sua, et independens à quocumque favore Dei ex trinseco determinat ad perfectissimum amorem Dei, qui habetur in Patria; atqui talis perfectissimus amor, qui habetur in Patria est formaliter incompatibilis, sive exclusivus peccati: ergo visio beata n̄ra sua inducit formam incompatibilem cum peccato: ergo n̄ra sua est peccati exclusiva. Urgetur: summa foelicitas n̄ra sua debet esse exclusiva summae ~~illius~~ miseriae illius, quem scilicet ipsam reddit summè felicem; sed visio beata est summa felicitas hominis, summaque hominis miseria est peccatum: ergo hoc illa debet n̄ra sua excludere. Ex dictis colliges, etiamsi Deus per miraculum suspenderet decursum ad beatificum amorem, remaneret in Beato sufficiens exclusivum peccati, ipsa scilicet visionis, quae n̄ra sua repugnat peccati positioni; sicut ablata forma aquae, et remanente frigiditate ut octo, permanet in n̄ra sufficiens exclusivum formae ignis.

280.

Objicies 1.º ut voluntas ne

cessario amet Deum; dari aliquod principium, quod necessario operetur amorem; atqui etiam supposita visione beata, non datur aliquod principium, quod necessario operetur amorem: ergo. Probatur minor: in Patria solum dantur, secluso amore, lumen, et visio, quae non sunt principia amoris; voluntas quoque, et habitus charitatis; atqui voluntas, et habitus charitatis non sunt principia necessaria operandi amorem: ergo. Probatur minor: voluntas et habitus charitatis ejusdem rationis sunt in Patria, ac in via; sed in via non sunt principia necessario operandi amorem: ergo neque in Patria. Ad argumentum concessa majori, nego minorem, cujus probationis majori concessa, distinguo minorem: atqui voluntas, et habitus charitatis in consortio visionis proponentis clare, et evidenter infinitam Dei bonitatem non sunt principium necessario operans amorem, nego: in consortio cognitionis tantum abstractivae, et obscurae infinitae Dei bonitatis; concedo minorem, cujus probatio, distinctione supposita, nulla est. Licet voluntas, et habitus charitatis ex se non inferant necessario amorem, cum tamen cognitionem claram Dei intuitivam determinantur, et rapiuntur ad Deum amandum, indeque in Patria sunt principium necessarium amoris; licet in via principium necessarium talis actus non sit.

281.

Objicies 2.º Deus potest homini ipsum videnti negare concursum ad amorem: ergo homo per beatam visionem non manet determinatus ad amandum: ergo visio intuitiva non excludit peccatum, supposito, tale exclusivum esse determinationem ad amorem: ergo etc. Respondeo permisso antecedenti, et difficultate non caret, distinguo consequens: ergo homo per visionem beatam non manet determinatus quoad speciem quoad amorem, nego: non manet determinatus quoad exercitium quoad amorem, permitto consequens, nego subsumptam consequentiam. Licet omittam, Beatam visionem non determinare quoad exercitium ad amorem quatenus potiatur amorem ad ipsam non subsequi: quoad amorem tamen determinet, necesse est saltem quoad speciem, id est necessitet, ut si aliquis actus ponendus sit, sit actus amoris Dei, et non odii formalis, nec virtualis; stante autem hac determinatione necessario stat exclusionem peccati, quod sine odio saltem virtuali, Dei stare non potest. Visionem beatam praedicto modo ad amorem Dei necessario determinare constat ex dictis in probatione.

282.

Objicies 3.º homini habenti peccatum potest Deus concedere beatam visionem, quin ei infundat habitualem gratiam; sed tunc casu non destrueret peccatum: ergo Ratio est, quod

peccatum in privatione habitualis gratiæ consistit. Respondetur quod si negetur sententia illa Thomistarum constituentium peccatum in gratiæ privatione, nullum erit argumentum, opinione autem illa permissa, consequentia majoris negatur, cujus probatio nihil evincit. Si dicendum sit peccatum consistere in privatione gratiæ, dicendum necessario est, peccatum consistere in privatione omnis formæ intrinsece sanctificantis, non autem in privatione solius, et determinatæ habitualis gratiæ; cum autem beata visio sit etiam intrinsece sanctificans, homo, cui illa inhæreret, non remaneret forma intrinsece sanctificante privatus, consequenter non consisteret in ipso privatio sufficiens ad constituendum peccatum, reddendumque hominem peccatorem.

283. Objicies 1º: Deus potest imponere præceptum beato, et nunc non conferre auxilium efficax ad impletionem talis præcepti; sed non impleret præceptum illud, peccatum esset: ergo. Probatur major quoad 2.º partem: Deus supposito præcepto solum teneretur conferre auxilium sufficiens, quo præceptum implere posset, non vero auxilium efficax, quo re ipsa præceptum impleat: ergo. Confirmatur: Beatus ille, cui Deus imposuisset præceptum, libere hoc impleret: ergo posset illud implere; atqui præceptum illud non implere, peccatum esse: ergo Beatus posset peccare. Ad argumentum respondetur negando majorem. Et eo ipso quod Beata visio clare, ac

clarè, et evidenter proponat; nihil esse appetibile, nisi conformis ad Deum, ad obediendum necessitat, cum in-obedientia conformis ad Deum appeti non possit. Ad contradictionem non oportet, ut Beatus eligere posset actum B. potius quam A ex illis, quibus precepto satisfacere posset; absolutè tamen non posset omittere actum sibi preceptum.

Sectio 3ª

Quanta sit visionis beatæ oppositio cum peccato?

282.

Inconiungibilitatem beatæ visionis cum peccato metaphisicam non esse, consequenter ad suam doctrinam tenere deberent omnes Authores illi, qui defendunt, Beatorum impeccabilitatem ab extrinseca tantum Dei providentia provenire. Negat etiam metaphisicam inconiungibilitatem beatæ visionis cum peccato P. Oviedo loco supra citato docens, Deum posse coniungere peccatum cum beata visione, infundendo visionem ipsam post peccatum previsum. Beatam visionem esse metaphisicè oppositam, ac inconiungibilem cum peccato actuali docent Ferninus, Granado,

283. et plures alij cum Marin hic disp. 2. sect. 2. num. 38. Arte resolutionis ex Pha supponendum, quod quando duae formae naturaliter indiungibiles supernaturaliter coniungerentur, una quaeque contra exigentiam alterius existeret, ità ut si forma aquae, et forma ignis supernaturaliter coniungerentur in eadem parte materiae, non minus exigeret forma aquae expulsionem formae ignis, quam forma ignis expulsionem formae aquae.

285. Sit nostra conclusio: oppositio beatae visionis cum peccato, non purè physica, sed etiam metaphysica est. Probatur conclusio: oppositio invincibilis etiam ab agente creato, quam ab increato agente non est purè physica, sed metaphysica; atqui oppositio visionis beatae cum peccato invincibilis est, non solum ab agente creato, sed etiam ab increato: ergo. Maior iam nota est ex Philosophia omnibus. Minor supponenda, quoad primam partem, oppositionem nimirum beatae visionis cum peccato non esse vincibilem ab agente creato, prout superius dictum; quoad secundam verò partem probatur: si oppositio beatae visionis cum peccato esset vincibilis ab agente increato, Deo posset tribui existentia peccati; sed Deo tribui nequit peccati existentia: ergo. Probatur maior: quando peccatum existeret in eodem subiecto cum beata visione, vincente Deo naturalem repugnantiam

nantis visionis cum tali conjunctione exist.a peccati Deo tribueret: q.d Pbat anr: exist.a beatę visionis contra exigentię peccati in illo casu Deo tribueret, juxta Adversarios: q.a est contra exist.a peccati. Ratio est quia illa, quę insignuata manet in supposito, nemirum, q.d non sit major exigentia beatę visionis, ut excludat peccatum ab eodem subto, quam peccati ut excludat visio: q.a si q.a Deus non annuit exigentię peccati, dicitur, Deus esse Authorem conservationis beatę visionis; etiam dicendus erit Deus Author conservationis, sive existentię peccati, q.a exigentię visionis de non positione peccati non annuit.

286.

Respondent Adversarij, q.d licet beata visio exigat destructionem, sive non positionem peccati, exigentia illa non est talis, ut Deum cogat ad peccatum destruendum, sive impediendum; indeque licet visio talem destructionem, sive non positionem peccati exigat, Deum non teneri annuere exigentię beatę visionis. Sed resp.o hęc omnem vim probationis nostrę intactam absque dubio relinquit. Contra: Deus ut Author universalis tenetur ad annuendum exigentiis rerum: ergo q.d non annueret exigentię beatę visionis circa destructionem aut non positionem peccati,

R. P. Thomas Jasson theol.

255\. se gereret n̄ præfisse ut Author universali ē, sed ut particularis Author: q̄ ideò peccatum duraret, aut poneret, q.ª Deus ut particularis Author n̄ annueret exigentiæ visionis, et concurreret ad peccati positionem, aut durationem; sed Deus nequit esse Authorem particularis peccati, quin ipsi ut cãe morali, et Authori peccatum tribuat: q.ª Mitto responsiones alias, qua facilè impugnare poteritis.

287\. Arques contra 1.º ex modo nostro argumentandi sequitur, omnem exigentiam physicè invincibilem esse etiam invincibilem metaphysicè; sed hoc manifestè ē absurdum: q. Probatur m.ª nos probavimus, beatam visionem esse metaphysicè incompossibilem cum peccato ex eo præcise, q.d visio ē natura sua, hoc ē physicè incompossibilis cum peccato; sed si hic modus inferendi teneret, sequitur omnem exigentiam physicè invincibilem esse etiam invincibilem metaphysicè: q. Ad argum distinguo m.ª ex modo nostro argumentandi sequitur, omnem exigentiam physicè invincibilem esse etiam invincibilem metaphysicè, q.do exigentia talis sit, ut Deum dedeceat, illam vincere, conc.do: q.do Deum n̄ dedeceat illam vincere, nego m.ª cujus probatio dist.e supposita, n̄ urget.

Quando exigentia talis ē, ut 288.

ex una pte supponat, invincibilis esse a Creatura, et ex alia pte probet, ejusmodi exigentiæ n̄ esse vincibilis a Deo sine indecentia; exigentia illa necessario evadit n̄ pure phisica, sed etiā metaphisica, sive absolute, et in omni provid.ᵃ invincibilis; metaphisice namq; impossibile ē, Deū operari id, quod sine dedecentia operari nequit. Talis ē exigentia, quā hbet beata visio ad n̄ positionē, sive ad non observatiōnē peccati, ut ex dictis ostēd. Quando verò exigentia talis ē, ut licet a Creatura superari n̄ valeat, nullā infert dedecentiā, sive turpitudinē insuperante illam, n̄ ex eo, quod sit exigentia phisica, sive exigentia a Creatura n̄ superabilis, infert, quod sit exigentia metaphisica sive insuperabilis etiā a Deo ut Authore supernāli operante; Deus namq; ut supremus nāæ Author, sive Dñus potest nāæ ipsius jura n̄ servare, et contra ipsius exigentiā agere.

289.

Arguer 2°. licet beata sit incōjungibilis cū malis pœnæ ut sunt tristitia, et dolor potest tamē Deus cōjungere tristitiā, et dolorē

257. cum beata visione, ut A. in Xpto Dño, dum in mortali vita extitit: ergo licet beata visio incompossibilis cum peccato, sive cum malo culpæ, Deus tamen poterit coniungere beatam visionem cum peccato, sive malo culpæ. Confirmatur: licet beata visio exigat positionem amoris Dei sibi correspondentis, potest Deus non annuere exigentiæ visionis, et hanc coniungere cum negatione amoris: ergo licet visio exigat negationem peccati, potest Deus non annuere ipsius exigentiæ, illamque coniungere cum peccato. Urgetur: beata visio est forma de genere phisico et peccatum de genere morali; sed inter formas diversi generis non datur metaphisica oppositio: ergo. Respondetur concesso antecedente, negando consequentiam. Divinæ sanctitati non dedecet esse Authorem malorum pœnæ; dedecet vero operationem malorum culpæ; ideoque Deus constitui potest Author doloris, et tristitiæ ratione non annuentiæ exigentiæ beatæ visionis; non constitui potest specialis causa, sive Author conservationis peccati ratione non annuentiæ beatæ visioni exigenti, peccatum destrui.

290.

Ad confirmationem similiter respondeo concesso antecedente negando consequentiam. Deum non annuere visioni exigenti positionem amoris tantum dicit Deum inferre violentiam visioni, ipsi denegando

gando trū n̂aali dewity: posse Dey hoc facere, et re ipsa sæpè fecisse manifestū ē: ɔjungere verò pecca tū cū beata visione n̂aali exigente peccatū ad ipsi-us præsentiā ñ ɔservari, ē, Dey se ɔstituere parti cularē, sive specialē cāā, et Authorē existentiæ, sive ɔservaōnis peccati; Dey autē se talē cāā, et Autho-rē ɔstituere manifestè repugnat. Ad urgentiā resp.º id ipsū, quod suprà insinuatū ē, 2ª g.ª nimirū licet beata visio sit ɔnalis de linea phicā exactivè da-mi, et radicalē ē etiā de linea morali; ē enī sum ma honis fœlicitas, de cujus raōne ē excludere omnē miseriā, et miseriarū maximā, quale est pec catū.

231.

Argues 3.º pr hoc præcise g. videns Deū pa ratus sit ad amitenda omnia bona potius quā Deū, salvaā ɔceptus amicitiæ beati cū Deo; sed cū peccato levi ɔponit̃ beatū ēē paratū ad ami tenda omnia bona potius quā Dey: ĝ cū pecca to levi ɔjungibilis ē amicitia beati cū Deo, et ɔse quenter visio beatas: ĝ etiā ɔjungibile ē peccatū gra ve cū beata visione; raō namq nullā ɔnis, pro bativā indɔjungibilitatis peccati cū visione vel de utroq grā peccato pbat, vel de nullo neutro.

231. Praeterea autem ratio est, quod Justi in hac vita verè retinent amicitiam cum Deo, licet huic saepè levibus offendant. Argumento respondeo illum non esse impugnare praesentem doctrinam, quam suppositum illius; modo enim supponimus oppositionem peccati cum visione, et solum disputamus quanta sive qualis dicenda sit ejusmodi oppositio, an nimirum physica, an metaphysica?

232. Hoc omisso distinguo minorem: per hoc praecise quod videns Deum paratus sit ad omittenda omnia bona, potius quam Deum salvare conceptus amicitiae perfectae beati cum Deo; nego: conceptus amicitiae non perfectae; concedo minorem, et nego consequentiam; quia de amicitia propria Beati, quae perfecta, seu potius perfectissima debet esse. Ratio supra insinuata pro incompungibilitate beatae visionis cum peccato, probat quidem nec peccatum leve esse compungibile cum beata visione. Aliàs visio non proponeret clarè, ac eidem nihil esse appetibile nisi conformem ad Deum, nec leve siquidem peccatum conforme ad Deum appeti aliquomodo possit. Excluditur igitur à Beato peccatum etiam leve, et hujus pro oblatione exclusio necessaria est ad amicitiam propriam Beati cum Deo; licet enim in via stet amicitia propria hominis cum Deo sine exclusione venialium defectuum in Patria

amicitia propria illius status stare nequit sine ex-
clusione omnis omnino peccati tam gravis quam levis;
amicitia namque propria status beatorum est amicitia sum-
me perfecta hominis cum Deo, sicut est summa adhaesio
rationalis Creaturae Deo. Amicitia autem summe perfecta,
sive summa adhaesio rationalis Creaturae excludere debet
non solum peccata gravia, quae per minus perfectum
amorem vix excluduntur, sed etiam levia peccata. Adde
beatitudinem etiam ex conceptu felicitatis summae debere
excludere peccata levia; sicut enim felicitas ut sic
debet excludere miserias saltem graves, ita felicitas
undequaque perfecta, sive summa debet excludere
miserias etiam leves, quales habent se venialia. 293.

Argues 2°.

ex ingeniosissimo Nicolao Martinez in materiis
de beatitudine: bonitas infinita intuitive cognita
non necessitat ad amandum Deo omnia bona ipsi Deo
extrinseca: ergo neque necessitat ad avertendum a Deo omnia
mala extrinseca ipsi Deo; atqui peccatum est malum om-
nino extrinsecum Deo: ergo visio beata non excludit meta-
physice peccatum. Ad argumentum dato antecedente, distinguo
consequens: ergo neque necessitat ad avertendum a Deo omnia

264. mala extrinseca videntis ipsius propia, sive a videnti detractanda; nego: mala extrinseca non propia ipsius videntis, et ab alio deminanda; omitto conseq., et desecta subsumpta, nego conseq.

222.

Licet Beatus non necessitet à avertenda à Deo mala extrinsece propia aliorum, id est, peccata ab aliis detractanda, et committenda necessitatur ad avertenda mala, sive peccata propia ipsius Beati; non enim dari potest cum vera imò, et perfectissima amicitia ex propia electione detrahere id quod amico ingratum est, illumque offendit. Omissis hisce, et de hujus membri dist. consequentiis omissis; quia mihi certum est, beatum quantum est ex se, sive efficaciter afective velle Deo omnia bona ipsius intrinseca, quae extrinseca et ejus efficaciter afective velle nullum malum extrinsecum Deo fore; non enim videtur posse alio modo concipi perfectissimam conformitatem voluntatis Beati cum voluntate divina et perfectionem perfectissimae charitatis, quae propia est beatifici status.

Sectio 2.ª

An Beati peccare possint faciendo p. pecca tum sensum divisum a visione beata.

295.

Hucusque probavimus indjungibilitatem peccati cum visione beata. Restat modo examinandum utrum cum visione beata stare posit, non quidem prima ad peccatum non djungendum cum ipsa visione, sed per quod fiat sensus divisus a visione, id est, per quod excludat visio a pecante, qui ipsum privet beatitudine. Quamquam sit mens, sani et divini stare posset; ut tamen clarius constet recepto usui morem gerimus difficultatem hanc seorsim examinando. R.R.ᵒʳ aliqui supresso nomine citati a Marin hic disp. 2. sect. 2 num. 26. Docent Deum posse dare, et conservare beatam visionem dependentem a potestate ponendi peccatum per quod ipsa visio deperdatur. Oppositum tenent Oviedo et alii apud citatum Marin.

296.

Sententia Ultio: beati sunt impecabiles peccato per quod fiat sensus divisus ab ipsa visione. Est expressa Angelici Doctoris 1. 2. parte. quest. 5. artic. 2. dicentis: sic ergo patet, quod propia voluntate Beatus non potest beatitudinem deserere, similiter non potest eam deserere, Deo substrahente,

263. 9.ª n̄ posset tali substraō á Deo provenire nisi pro aliq.^a culpa, in qua cadere n̄ posset, qui Dei essentiā videt, cū ad hanc visionē sequatur rectitudo voluntatis. Ratiō qua hinc insinuat S. Thomas ē illa ipsa qua nos dedimus supra sect. 2. num. 280. impossibilitas ꝗ beati venire ab intrinseco, et n̄ tantū ab extrinseco Dei favore, quæ ratiō hic reproducenda ē, ut potē, pressius præsentis caq̄ Doctrinæ fomentum.

237. Probatur 2.° Doctrina: ideo beata visio n̄ redderet beatū impecabilē in sensu diviso á visione faciendo n̄. ipsū peccatū. 9.ª cū beata visione coniungi posse potestas proxima ad peccandū; sed cū visione beata omninō indiungibilis tali proxima potestas: 9.ª Probatur maj.: forma, quæ taliter opponitur peccato ut ipsius formæ carentia necessario constituat, potestatē proximā pecandi, omninō indiungibilis ē cū potestate pecandi proxima; sed visiō beata ē forma cuius carentia necessario constituit potestatē proximā pecandi: 9.^a Probatur maj.: n̄ implicat forma santificans adeō perfecta ut ipsius carentia necessariō constituat potestatē proximā pecandi; sed si forma illa santificans n̄ implicat, talis dicenda ē visiō beata: 9. Minor tenebit, donec ab Adversariis n̄ ostendatur implicatiō talis formæ. Ratiō min.: quod visiō beata n̄ ē ut cumque forma santificans, sed tam et velut complementū omnis santitatis: 9. ipsi concedenda ē perfectio

illa de linea sanctificandi quae consedit[?] per ordinationem ipsam damnaque ad unum ut alio speciali titulo reddit visio beata impeccabiles beatos, quamvis non reddit impeccabiles viatores gratia habitualis; alias beati non dicerentur absolute impeccabiles sicut non dicuntur absolute tales iusti viatores; sed gratia habitualis reddit iustos viatores impeccabiles in sensu composito ipsius gratiae, et visio beata reddit beatos impeccabiles non solum in sensu composito sed etiam in sensu diviso visionis faciendo per peccatum.

Dices Ist. visio beata potest dari dependenter a potestate libera pecandi, et coniungi in I. instanti cum libera potestate pecandi ergo beatus ille pecare posset in sensu a visione divisa faciendo per peccatum ipsum [illegible]. ant. Deus potest promittere dare alicui gloriam in ipso instanti observationis praecepti, si observet praeceptum: ergo [illegible]. visio beata potest dari dependenter a potestate proxima merendi constituta per carentiam [illegible] alliciens, et inclinationis ad malum; sed potestas illa merendi est potestas proxima pecandi ergo. Neg. probat. potestas sic constituta praecise a quolibet actu est indifferens ad pecatum [illegible] negatum [illegible] ant. et probationis ergo ant. tali promio est Deo indignus ut poti[?] [illegible], sicut indigna homine prudenti libera promissio, qua alicui mille aureos si non volet, non cum minus necessarium est observare praeceptum in instanti [illegible] visio [illegible] aeterna est quam necessarium est [illegible] non votare.

R. P. Thomae Jasieri[?] Theol.

299 Ad confirmationem permissa maiori, nego minorem cuius probationis antecedens distinguo: potestas sic constituta, praecisse a quolibet alio esset remote indifferens ad peccandum; concedo: proxime; nego. indifferentia illa nec esset proxima nec proxima potestas ad peccatum; ut enim intelligatur proxima indifferentia proximaque potestas non sufficit quod intelligatur potentia quacumque et quomodocumque ad peccatum indifferens, sed necessario requiritur quod pro signo talis indifferentiae, sive potestatis intelligatur indifferentia illa non impediri ad peccati positionem, id est, minime dari in toto illo instanti rationis impedimentum aliquod peccati; hoc autem intelligi requirit in illo instanti in quo posset existere beata visio: aliter in eodem instanti rationis coniungi possent et carentia visionis constituens illam proximam indifferentiam et ipsa beata visio. Ad [illegible] permissi quod difficile intelligi posse coniungi in eodem instanti rationis, et in eodem instanti cognitio alliciens ad malum et cognitio clare et evidenter proponens nihil esse appetibile nisi conforme ad Deum posset autem coniungi talem cognitionem si vera sit illa ratio ut per se patet.

300 Obiicies 2.o visio beata pro posteriori non potest auferre indifferentiam ad malum venientem pro priori. Probatur antecedens: visio beata non potest praestare effectum formalem pro signo in quo non est sed visio beata non est in illo signo priori sed in posteriori ad illam indifferentiam: ergo. Ad argumentum,

Ad argum. ergo ant. cujus probationem distinguo m[ino]rem visio n[on] potest prestare effectum sualem intentionaliter prestandum pro signo in quo n[on] est; Concedo: n[on] potest prestare effectum qualem physice et realiter prestandum pro signo, in quo n[on] est, nego m[inorem] et distinguo m[aiorem]; sed visio n[on] est physice, et realiter in signo priori, sed in posteriori; nego: n[on] est intentionaliter in illo signo priori; concedo m[inorem]. Visio n[on] potest in uno signo esse physice, et realiter, et in signo alio realiter, et physice n[on] esse: aliàs cum signa illa ibi reale instans constituant in eodem instanti realiter physice, et realiter esset, et physice ac realiter n[on] esset,

S.° quod à parte implicat. Potest quidem visio beata intentionaliter esse in uno signo, et in signo alio intentionaliter n[on] esse; hoc enim nihil aliud est, nisi quod visio, licet realiter existens pro utroque signo, n[on] cognoscatur in utroque, sed in uno signo tantum. Hinc est, quod effectus, qui est intentionaliter prestandus, hoc est, qui prestari nequit, nisi media cognitione, n[on] possit prestari à beata visione in 1.° signo, in quo adhuc n[on] intelligitur; effectus verò, qui prestatur n[on] intentionaliter sive media cognitione, sed physice et realiter sive media physica existentia prestari eius possit in 1.° illo signo, in quo physice, et realiter existit beata visio, quae intelligenda est in signo

3.1

sequenti. Hoc, quod est beatam visionem excludere per se, principium ad peccatum in instanti, in quo ipsa extitura est, est efficaciter obici, et realiter praestandum à visione, quae physicè, et naturâ sua est realiter indisiungibilis cum tali potentia, ut constat ex dictis, tunc hac, tunc omnibus praecedentibus.

3.2. Dices 3.º Deus potest conferre hodie visionem beatam Petro, ipsique revelare, illum studium tertium esse damnandum propter peccatum ab ipso committendum; atqui Petrus in hoc casu posset peccare, et propter peccatum ipsius visionem Dei amittere: ergo. Respondeo distinguendo maiorem: Deus potest conferre hodie visionem beatam Petro, ipsique revelare illum studium tertium esse damnandum propter peccatum ab ipso committendum, quod exclusivum esset visionis, nego: quod post visionem aliunde exclusam poneret; concedo maiorem et nego minorem. Deus utique potest conferre hodie visionem Petro damnando studium tertium propter peccatum ipsius; sed hoc ideò contingere potest, quia potest accidere, visionem hodie collatam Petro cras suspendi, et sic suspensa, Petrum cras manere liberum ad ponendum peccatum, quod minimè excludet, sicut non facit sensum diversum à beata visione; sed illam pro priori exclusam su-

ponet tabemq sensu facy. Si alio modo fingat hipothesis, ita ut p.a peccaty fieri deneat sensu divisus a visione, implicatoria dicenda erit.

33.

Dices 2.o instando: in predicta hipothesi Deus cognosceret ut dis-conveniens Petro videnti ipsum Deu; sed eo ipso Petrus n est necessitatus ad Deu amandu, illumq n offendendu; g.o Ratio n.ra n.a: quod in illa hipothesi a Petro cognosceret Deus ut punitivus, malumq pene illaturus eidem Pro. Ut e etia ratio, quod obiectum beatificu ideo necessitat ad ipsum amandu, et n deserendu, sive n offendendu, q.a proponit ut undequaq bonu; q.do vero ut aliq.a ratione disconveniens proponeret, ut undequaq bonu proponi n posset. Itaque respondent aliqui, tunc casus Deu cognoscendu ut disconveniens et disconvenientia, n proxime sed tantu remote potence movere voluntatem; vis namq proxime motiva disconvenientie ipsius impediret relata, a evidente cognitione divine bonitatis: Cu aliis respondet, videns clare Deu n posset illu n amare, licet illu aliq.a ratione sibi disconveniens cognosceret; q.a bonitas divina clare ac evidenter visa necessario

Ɔgminat ad præferendũ Deũ omnib.^s alijs etiam ipsi videnti.

808

Disputatio 8.^a

Utrum amor Dei in Patria liber sit, an necessarius?

Sectio 1.^a

Aliorum sententiæ referuntur et nostra probatur.

309\. Necessarium ẽe amorẽ Dei, ut existat beatitudo, ɔstat ex eo, quod beatitudinis ɔstitutionẽ ingrediatur. Perpetuũ Dei amorẽ in Patria exercendũ sine tedio aliquo, aut defatigatione, ẽ etiã certum, expressèq notatur ab Augustino lib. et cap.^e ultimis de Civitate dicente: Deus sine fine videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur. tota igitur difficultas ẽ, an amor ille in Patria certè perpetuus erit, necessarius q ẽ ad beatitudinis ɔstitutionẽ, ac ɔplementum liberè exeat, an necessariò à voluntate Beati? Satis satis satis notant ex Phil.^is suppono diuersitatem necessitatis quoad speciem, et necessitatis quoad exercitium.

305.

Hac notitia supposita 1.ª sent.ª Doct.s Subtilis in 1.o dist. 1.a quest.e 2.a docentis amorem beatificum ex nâ suâ esse contingentem, ac liberum; licet ab extrinseca Dei provid.a tollendo omnia illa, quæ possent beatos ab amore Dei retrahere, sive divertere, habeat quod in æternum amor sit duraturus. Doct.m suum sequunt Scotistæ, qui hanc sententiam pro viribus propugnare conant. Pro hac sententia citat etiam S. Thomas variis in locis, quæ infra dabimus; sed Doct.r Angelicus, testibus celebrioribus ejus interpretibus Cayetano, Capreolo, et Ferrariensi, sententiam Scoto oppositam tenuit. 2.a sententia docet, posita Dei visione necessario ex nâ rei sequi in voluntate actum charitatis, ac dilectionis Dei. Hæc est omnium Thomistarum, ac nostratum sententia cum DD. Eximio, et Acutissimo, Valencia, Compton, et aliis apud et cum P.e Araujo hic disp. 12. artic. 4.

306.

3.a sent.a è Holchot in suis determinaonibus quest.e 3.a duo docentis: 1.m beatum absolutè posse Deum odio habere, casu nimirum, quo videat, se privandum visione, et in æternum damnandum; tunc enim posset averti à suo

malefactore, odisset malum, quod ab ipso infligendum sibi imminet: tum, q. si beatus ex una parte nihil videat, quod possit amorem Dei impedire, et ex parte alia videat divinam bonitatem tanta charitate, ut hujus intensio superare valeat resistentiam voluntatis ortam ex insita sibi libertate, beatus tam quoad speciem, quam quoad exercitium manebit necessitatus ad Deum amandum. Huic sententiae favent alij citati à P. C. Amico disp. 2. num.° suo 258.

307. Sit 3tio: amor Dei in Patria ē necessarius tam quoad speciem, quam quoad exercitium. Pbat 1mo: ut Beati voluntas cessare possit ab amore Dei, debet posse superare vim motibus objecti beatifici allicientis, et trahentis voluntatem ad sui amorem; sed voluntas Beati superare nequit vim motibus objecti beatifici allicientis, et trahentis ipsam ad sui amorem: ergo voluntas Beati cessare nequit, et consequenter necessitatur tam quoad exercitium quam quoad speciem ad amorem Dei. Min. pbat experientia ipsa. Pbat min: vis motiba obti beatifici allicientis, et trahentis voluntatem ad sui amorem ē bonitas, sive pulchritudo increata Dei

dicitur, proponitur clarè, ac evidenter proposita ut summa ac infinita; atqui virtus resistiva voluntatis creatæ finita, et limitata non potest superare talem vim motivam, procedentem ex bonitate proposita semper accommodata naturæ voluntatis, quæ ex se propendet in bonum: ergo

308.

Dices: voluntas creata circa amorem summi boni clarè ac intuitivè cogniti ponitur indifferens, et non necessitata, vel ratione perfectionis suæ libertatis, ac indifferentiæ, vel ratione imperfectionis libertatis ac indifferentiæ ipsius; atqui ratione neutrius ita indifferens potest poni: ergo. Probatur minor quoad primum membrum: voluntas divina perfectior est voluntate creata in ratione indifferentiæ, et libertatis; atqui hoc non stante, voluntas divina necessitatur ad amandum suam bonitatem clarè visam: ergo à fortiori non obstante perfectione indifferentiæ, et libertatis creatæ voluntatis Beati necessitabitur ad amandum divinam bonitatem clarè ac intuitivè cognitam. Probatur eadem minor quoad secundum membrum: prædicta indifferentia ad amandum summum bonum clarè visum dicitur voluntati creatæ ab Adversariis ratione dominii, quod habet, et habere debet

voluntas in suos actus; sed hoc non est convenire voluntati talem indifferentiam ratione perfectionis, sed potius ratione imperfectionis. est namque imperfectio in suos actus dominium habere: quia [illegible] charitas creata est participatio charitatis divinae secundum essentiam: ergo sicut charitas divina secundum essentiam determinata est sua natura ad amandum summum bonum, ita etiam charitas creata sive participata determinata est natura sua ad amandum summum bonum, quando revelatur in principio ipsius summi boni, sicut Deo revelat.

Resp.

309. Probationi nostrae respondebis in via etiam nos concipere ac cognoscere infinitam Dei pulchritudinem, ac bonitatem, quin cognitione ejusmodi voluntas nostra necessitetur ad pulchritudinem, et bonitatem ipsam amandam: ergo ex eo, quod sit infinita bonitas, et pulchritudo Dei visa a Beatis, non recte infertur, amorem ad talem visionem subsecutum debere esse necessarium. Sed contra est: nos minime inferimus necessitatem beatifici amoris ex eo praecise, quod pulchritudo, et bonitas Dei praecognita sit infinita; sed ex eo quod talis pulchritudo, et

bonitas infinita clarè ac intuitivè in Patria cog
noscitur, quando in via minimè cognoscitur. Obijcies ergo:
non rapitur voluntas, quando minus clarè, aut minus vivi
de cognoscitur, posse eandem voluntatem rapere, et sine
libertate trahere, si magis clarè, aut magis vivi
dè cognoscatur, manifestum est.

310

Objectioni respondebis, ibi
supponi doctrinam circa amorem Dei ad se ipsum, quae
non est omninò certa; plures siquidem cum Doctore Sub
tili docent Deum liberè se amare: insufficiens quoque pro
batio est, ut potè parum firmo in ipsa fundamento.
Sed Contra est, Scotum, aliosque docentes, Deum liberè
se ipsum amare, et similiter Patrem et filium liberè
producere Spiritum Sanctum, non loquuntur de libertate prout
opposita necessitati: alias non esset necessariò, sed contin
gens, Spiritum Sanctum existere, et dari Misterium
SS.mae Trinitatis: sed loquuntur de libertate prout
opposita coactioni, qua libertate, planè concedimus
Beatos gaudere, in amore beatifici; licet enim hunc
eliciant dominati ac rapti ab intuitiva Dei vis-
sione, illum non eliciunt contra propriam inclinationem,
sive cum aliqua repugnantia, quae requiri solet

R. P. Thomas Jasson Theol.

ad deceptiv strictè coactionis.

Sectio 2.a

Satisfit argumentis

311. Argues 1.o: da casum, quo videns Deum habeat hoc falsum judicium: nisi cessem ab amore Dei, ero perpetuo miser; atqui judicio hoc stante, Beatus cessare poterit ab amore Dei intuitivè cogniti: ergo possibilis est casus, in quo detur talis cessatio: ergo Beato non est necessaria servatio ab amore Dei. At arguum resp.o casum illum esse omninò impossibilem, et hipothesim implicatoriam: clarè ac intuitivè videre summam Dei bonitatem, et simul existimare, miserum esse, bonitatem illam amare, non minus inter se pugnant, quam inter se pugnarent actus, quorum uno cognosceret evidenter veritatem hujus propositionis v.g. Mundus existit, et alio simul assentiret propositioni huic: non existit Mundus.

312. Argues 2.o: da hipothesim: quod Beatus sciat, se aliquando à Deo privandum esse beata visione, et aeternis cruciatibus destinandum: in illo casu Beatus ille posset odio habere malum illud, quod videt,

sibi imminere: q° possedio libere authorem talis mali; illum siquidem apprehenderet sub aliquâ ratione evenincâ mali: q° Huic argumento supra jam est satisfactum; sed q.ª est præcipuum fundamentum Holcot, iterum ad illud dicere oportet. Admissa igitur hipothesi, et permisso ante, ergo conseq. Licet Beatus posset displicentiam, vel etiam odium libere circa malum sibi imminens; neque Deo displicere, neque illum odio libere posset in illo casu; intui- tivè namque videret et justitiam Dei infinitè bonam poenæ illius esse infligendam; clarè atque, et evidenter cognitam ut infinitè bonam causam talis effectus, Dei nimirum justitiam, Deus ut est Author effectus illius odio liberi nequit: aliàs voluntas posset âverti sive ferri in objectum, in quo non cognoscit aliquam rationem mali; illud namque est, objectum esse summè, ac infinitè bo- num, ac nulla ratione esse malum. Hoc aliqualiter explicari potest exemplo infirmi, cui valdè ingrata est potio amara, quin illi displiceat, nec rationaliter dis- plicere possit Medicus ille, quem cognoscit prudenter operari, et ex sincero affectu sanitatis. 313.

Arguitur

3.º Deus præcipere potest Beato, ut esset a b-

amore ipsius Dei, vel ab omni omninò actu volun
tatis: ergo Beatus poterit cum beata visione conjungere
omissionem amoris Dei, vel omissionem omnis omni
nò voluntatis actus: ergo licita hujus argumenti hipo
thesim diversa sunt Authorum placita pro diversa uni
uscujusque principia. Ocamus, qui singularem (ne dicam
improbabilem ac temerè) docuit odium Dei non esse prohibitum
quia malum; sed è contra malum quia prohibitum, in præsenti te-
netur Beato imponi posse preceptum, non solum de cessatione
ab amore, sed etiam de Dei odio, quod, inquit, tunc
casus esset bonum ratione precepti. Pater Arriaga disp. 52.
num. 12, hipothesim absolutè admittit, docetque Beatum in
illo casu teneri ad obediendum Deo, et ad cessandum à sui
amore. Capreolus in 1º disp. 1ª quest. 3. artic. 8º distinctè
procedit, et docet, quod si in Beato maneat juditium practi
cum de amando Deo, tale preceptum imponi non potest; si
verò juditium ejusmodi auferatur à Beato, huic im
poni poterit preceptum illud.

312. Doctor Eximius in 1am
2æ disp. 16. cap. 3. absolutè impossibile judicat pre
ceptum illud, quo Beatus obligaretur ad id, quod, saltem
physicè est ipsi impossibile; sicut enim mihi Deus precipere
non potest quod apertis oculis, directisque in objectum lucidum

colorem, hoc non videam, quia talis visio mihi pro illis circumstantiis est physice necessaria, ita neque Beatus praescindere potest, quod cesset a Dei amore, qui cum Beata visione est saltem physice, connexus. Eximius hic disp. 2.a sect. 1.a subtili soliditate, qua assolet, judicat praeceptum illud esse impossibile, quia se ipsum implicat; signate enim praeciperet cessationem ab omni actu amoris Dei, et exercite induceret actum amoris Dei, saltem virtualis, et quidem heroici gradus; velle enim se privare tanto bono, quantum est beatificus amor, in Dei obsequium, et ob praestandam ipsi debitam obedientiam, ac servitutem, profecto est actus, saltem virtualis amoris Dei, ac heroicae charitatis. Acutissimam solutionem, aut Eximiam prout malueritis, tenere poteritis.

315

Angelicus Doctor S. Thomas quaestione 22. de veritate artic. 6. sic ait: inest libertas voluntati in quolibet statu respectu cujuslibet obiecti: quia in statu beatitudinis, et respectu beatifici obiecti voluntas est libera, saltem quoad exercitium actus. Constat ex eodem Angelico Doctore 1.a 2.ae quest. 10. artic. 2. dicente: voluntas movetur dupliciter: uno modo quantum ad exercitium actus; alio modo quantum ad specificationem actus, quae est ex

obto :::::::: 1° modo voluntas a nullo obto ex necessitate movetur. Quae verissima haec D. Thomae nobis difficilia essent, si eodem loco 1.2. nobis expressè non faveret, dicens: bonum, quod est perfectum, et cui nihil deest, est tale bonum, quod voluntas non potest non velle, quod est beatitudo.

316. Resp. S. Thomam quibus obiis locis locutum fuisse de qualibet statu hominis existentis in via, et de quibuslibet etiam obtis, quibus voluntas hominis viatoris movetur; non autem de statu beatitudinis; et de obto, quod sit Deus clarè, ac intuitivè visus: Hanc esse mentem Angelici Doct. ostenditur ex ipsa ratione, quam ibidem, ibi stabiliendo dicto suo tradit, quae haec est: potest aliquis enim de quocumque obto non cogitare; atqui de obto beatifico nequit Beatus non cogitare; Beata namque visio variari nequit ex se, neque ad nutum Beati cohiberi: ergo S. Thomas non loquitur de statu comprehensoris, sed de statu viae; et non de quocumque obto quomodo-cumque proposito, sed ad summum de quocumque obto proposito modo, quo in via proponi solet. Dixi ad summum; quia licet regulari,

leg.da obta in via proponant modo quo voluntatem non rapiant, et hoc sufficiat ad veritatem Angelicæ doctrinæ negari tamen non potest, aliquando licet raro, adeo vivide obta in via proponi, ut omnino rapiant voluntatem, et libertatem tollant, ut cernitur in actibus primo primis

317.

Itaque 5.to

neque in intellectu Beati, nec in voluntate ipsius est aliquod ratio inferens necessitatem amoris quoad exercitium: ergo Probatur antecedens 1.a pars: ex parte intellectus Beati solum est objectum Deus, et visio ipsius; sed neque Deus neque visio ipsius Dei movet ad exercitium amoris: ergo Probatur minor quoad 1.am partem: Deus non movet voluntatem effective, sed solum finaliter, ac metaphorice; sed quod solum finaliter, ac metaphorice movet, non movet quoad exercitium: ergo Probatur jam 2.a pars minoris ipsius; tunc ex eo quod visio non moveat effective, sed solum ut conditio, ut voluntas amet; tum etiam ex eo, quod, ut libertatem auferat, dari deberet judicium practicum dictans, amorem Dei licet nunc conveniens esse; necessarium autem non esse, judicium hoc conjungi cum beata visione: ergo Probatur 2.a pars antecedentis. Item actus affirmantis ex parte voluntatis Beati non dari aliquam rationem inferentem necessitatem quoad

exercitij amoris: ex parte voluntatis Beati solùm distin-
guitur voluntas ipsa, et habitus charitatis; sed neque
voluntas se sola, neque voluntas cum habitu chari-
tatis est ratio inferens necessitatem amoris: alias etiam
in via inferret talem necessitatem, cum in via volun-
tas ornata sit habitu charitatis ejusdem speciei cum
habitu charitatis Patriæ: ergo.

318. Ad argumentum negatio antecedentis
quoad 1.am partem. Deus ut causa finalis, seu potius ut
ratio determinativa, et visio ut conditio ad determinandum
amorem, et ut applicatio objecti, et rationis determinativæ ad
intrinsecum necessitandum ad exercitium amoris beatifici; hic
autem modus determinandi effectivus dicitur ab illis, qui
probabiliter defendunt, cognitionem physicè influere in
volitionem; ab alijs verò, qui hunc influxum in
volitionem non concedunt cognitioni, dicitur non effectivus sed,
est quidem sine inconvenienti; nulla enim efficacitas ratio-
nis probari potest voluntatis determinationem, sive
necessitatem debere necessariò esse de genere effectivo.
Ad id, quod in fine argumenti addit de complexo
voluntatis, et habitus charitatis, jam suprà dictum
est, quod licèt tale complexum sit intrinsecum idque sit

in Patria ac in via, in Patria damn, et n in via

e principiu necessariu amoris, quia n Patria ex

trinsece variat ratione visionis intuitivae, quae rapit vo

luntatem, quae n rapit cognitio abstractiva, et obscura

Dei, quae hbet. in via.

Arguet 6.° sicut quaelibet potentia

hbet unu obiectu, ita debet hbere unu modu tendendi in

illud, qui semper retineat ratione ejusdem objecti: ergo sicut

voluntas libere tendit circa obta aliqua, ita etiam libere

tendere debet circa omnia alia obta, ex quib. suu

unicu objectu adaequatu consurgit. Confirmatur: diversitas

seu inaequalitas claritatis cognitionis variari nequit

modu agendi voluntatis: ergo. Probat ant: maior, aut

minor approximatio ignis v.g. ad passum n variat

modu operandi ignis, sed solu inducit maiorem intensio

nem actionis: ergo similiter quia intuitiva Dei visio

n proponit diversam bonitatem, sed eandem explicat

meliori modo, quam fides, et abstractiva cognitio, n in

ducit necessitatem, sed maiorem intensionem actus. Argumentu n potest

urgeri, probat, voluntatem debere esse semper liberam, quam

debere esse semper necessariam, nullamque aliam diversitatem

posse dari in ipsius actus, qui liberi, et qui necessarij

diuinā, nisi q. alij alijs sint inuentores, sicut de actionibus ignis magis et minus applicati dicitur.

320. Directe ad argumentum nego antecedens, cuius falsitas, ex in intellectu, quam in voluntate manifesta est etiam independenter a ratione voluntatis libertatis: in intellectu; quia ipse omnino potest modo assentiri, et modo non assentiri eidem objecto: modo illud affirmare, et modo negare id ipsum: in voluntate; quia haec enim potest modo affective tendere, et modo aversive circa objectum idem, modo illud amando, et modo illud odio prosequendo. Ad confirmationem nego antecedens, cuius probationis dato antecedenti, nego consequentiam. Maior approximatio ad passum non aliam inducit variationem in modo operandi ignis, quia ignis capax non est alius variationis in suo modo operandi; voluntas vero absque dubio potest transire a libera in necessariam, et e contra a necessaria in liberam: alias nullus actus excusabilis esset a malitia morali ex defectu libertatis. Probationis antecedens dedi, et non concessi; quia pro diversitate approximationis ad passum ignis solet modo producere effectum substantialem, modo effectum pure accidentalem, nimirum calorem.

Argues 7º voluntas Beati n necessitat ad exercitiu virtutu aliaru a charitate: ergo neq necessitat quoad exercitiu amoris Dei. Confirmatur: amor Dei in Patria e actus humanus: ergo talis amor e liber; de ratione namq actionis humanae e libertas, ut in tractatu de actibus humanis cum omnibus docuimus. Probatur ant: amor Dei in Patria n oritur a voluntate ab objecto rapta, sicut rapitur apetitus Brutorum; neq a voluntate determinata ab Auctore naturae, sicut determinatur apetitus innatus; sed voluntas applicatur judicio, et dictamine de eo, quod Deus sit amore dignus; sed hoc sufficit, ut actio illa humana sit: ergo. Praeterea: amor Dei in Patria e actus moralis; sed ratio moralis actus praesupponit in actu rationem humani: ergo. Probatur min: amor Patriae est conformis legi Dei aeternae; reddit nomine morali bonum, et denique habet eandem oppositionem cum odio Dei, quam habet amor Dei in via; sed amor Dei in via ex illis capitibus agnoscitur moralis, et eorum liber: ergo.

321.

Ad argumentum, concesso ant, nego consequentiam. Cognitio bonitatis ex se, et directe variis ad actum amoris bonitatis ipsius inclinat, consequenterq

285.

bonitatis cognitio, quae ergo clara aut vivida sit, ut necessitet ad actum sibi respondentem, eatenus debet determinare, et necessitare ad amorem bonitatis ejusdem.

Ad confirmationem responsio antecedentis, cujus probatione, concesso medio, nego minorem. Ea, quae in media probatione recensentur, sufficiunt ad constituendum amorem Dei in Patria actum voluntarium; non vero ad constituendum actum humanum; quippe enim supra illa omnia addit rationem liberi; ideoque de actibus humanis agentes actum humanum definivimus: voluntarium liberum.

322.

Urgentis nego minorem, et nugis probatione etiam minoris de conformitate morali. Amor Dei in Patria in linea morali, neque formaliter conformis, neque formaliter disformis est legi Dei aeternae; talis namque amor non est formaliter intra illam lineam, ad quam radicaliter pertinere, dici potest; quia potest esse liber, et tunc erit moraliter conformis legi Dei aeterni. Talis amor non constituit hominem moraliter bonum; quia hic non constituitur bonus moraliter, nisi per actus, qui eum constituunt formaliter laudabilem; constituere autem laudabilem non potest, nisi per actus sibi liberos. Amor denique ejusmodi, cum odio Dei non habet, nisi physicam, et materialem oppositionem, stante

inco q. nã sint actus immediatè inter se oppositi, immediatèq. se invicem excludentes Dei amor, et odium Dei, sicut immediatè physicè, et moraliter, non verò moraliter, opponuntur assensus, et dissensus circa idem objectum.

Sectio 3.a

Quid dicendum de amore naturali Beatorum erga Deum?

323.

Non est hujus loci investigare, qua ratione inter se differant actus supernaturalis amoris, et actus amoris naturalis; sed supposita differentia, quam unusquisque in tractatibus de gratia, et charitate, ad quos spectat, tradiderit, quaeritur, an Beatus vi beatificae visionis ad amorem Dei etiam naturalem necessitetur? Duplex hoc sensu esse potest: 1.o an sit Deus ut regulare videnti ipsum principia, aut concursum ad supernaturalem ipsius Dei amorem, necessitaretur ad amandum naturaliter Deum, supposito, quod in ipso remaneat expedita potentia ad talem naturalem amorem? 2.o an videntis Deum voluntas vi beatificae visionis necessitetur ad amandum Deum, quantum possit, non solum intensivè,

sed etiã extensivè, ita ut debeat ponere n̄ solũ amorẽ supernãlẽ, ad cujus operationẽ supponit expeditã; sed etiã nãlẽ amorẽ, ad quẽ etiã expedita Beati voluntas videt.

329 Utriq dubio statim respõ cũ P. Araujo hic disp. 12. artic. 4: si voluntas videntis Deũ n̄ sit expedita ad actũ supernãlẽ, et expedita sit ad nãlẽ, hunc necessariò eliciet; si verò expedita sit ad supernãlẽ amorẽ, ad hunc necessitabit; n̄ verò ad nãlẽ, licèt voluntas ex se apta ad talẽ amorẽ supponat. Pbat acerrimè 1.a parte: bonitas Dei clarè visa rapit voluntatẽ in sui amorẽ, ut ex dictis supponi debet; sed voluntas videntis Deũ, ẽtiã negato principio necessariò, aut decursu ad amorẽ supernãlẽ, adhùc supponit expedita ad amorẽ Dei nãlẽ: ergo cũ necessariò trahat vi attractiva divinæ bonitatis, exumpet in amorẽ pro illis circumstantijs sibi possibilem, qui erit actus amoris Dei nãlis. Cfrat: per cognitionẽ nãlẽ objectũ fit verè præsens, et manifestũ voluntati, propter quam rationẽ cognitio necessariò prærequirit ad voluntatis actus, et aliunde per cognitionẽ supernãlẽ apparere potest in objectò bonitas nãlis diligibilis &:

q. p.r visionem Dei supernat.is moveri possit voluntas ad n.ales Dei amores; sed, si p.r visionem illam voluntas moveri possit ad tales Dei amores, n.e, cur necessario, voluntatem ad tales amores necessitari p.r visionem eandem: q.

325.

Prob. 2a

2a asserti pars: quia actus amoris n.alis Dei, quam actus amoris Dei supernaturalis habent idem motivum n.ale, et formale; sed, si idem motivum quam n.ale, quam formale habent, voluntas satisfacit motioni, et determinationi visionis Dei p.r amorem supernat.is bonitatis ipsius: q. si videntis Deum voluntas expedita sit ad eliciendum actum supernat.lem amoris Dei, n.e cur necessitata dicatur ad eliciendum etiam actum n.alem amoris ejusdem, etiam si voluntas ex se superatur apta ad talis actus n.alis operationem. Ratio m.oris est, quod quia actus amoris n.alis, quam supernaturalis haberent pro objecto Deum ipsum summe bonum. Ratio m.oris est; quia alias dicendum esset, vi visionis beatae necessitari voluntatem, non solum ad actum amoris supernaturalis, et ad actum n.alis amoris; sed etiam ad ponendos omnes omnino actus, quam n.ales, quam supernaturales; qui voluntati possibiles sunt circa objectum illud.

326. Dices 3tio d. 2j. 3ni: motivy amoris videntis intuitive Deus ēē supernāle, 3 propositus 3a cognitionis, sive visionis supernaalem, 3 talis amor n̄ posset ēē naāli. 3ra: ad actu amori supernāali requiit deservire naāli propositio obti amabilis: g neg ad naalj amorj deservire potedit supernāali ppnō obti. Argum. aū falsum est; bonitas enj divina, quq ē motivy, sive objy talis amoris, n̄ ē quid entitative supernaale, Permisso tamq anti, ngo consequentiam. Ut actus supernaturalis evadat, n̄ sufficit, quod objy, sive motivy supernaale sit, supernaaliq ppnō talis obti; sed insuper requirit 3 prinsipiu supernaale efecive 3currens ad actu ejusmodi positionq; hoc aut supernaale 3prinsipiy efecivy in hipothesi de qua nunc, n̄ 3curreret ad amorj illy.

327. 3traoni respondent aliqui, 3cesso anti ngo consequentiq, dicendoq disparitatq esse, rem inferioris ordinis, qualis est propositio naāli ru ppnis supernāalis, n̄ posse suplere defecum rei ordinis superioris; ē 3tra vero rq ordinis superioris, ut potē 3tinentq eminenq rq ordinis inferioris

cujus defectum posse supplere ideoque licet cognitio naturalis non sufficiat ad diligendum actum supernaturalem; cognitio tamen supernaturalis sufficiat ad dirigendum, et determinandum actum naturalem. Sed respondeo hanc doctrinam destruit partem coherentem iis, quae diximus de possibilitate speciei impressae ad Deum intuitive videndum agebamus. Ideo cum aliis respondeo negando antecedens. Licet cognitio, sive proprio obiecti sit ex se pure naturalis si accedat speciale principium elevans voluntatem cujus actus evadere posset supernaturalis. Hinc constat paritatem potius pro nobis, quam contra nos esse.

328.

Dices contra 2.° potentiam Unius: duo illi actus amoris naturalis et supernaturalis non pugnant ratione obiecti: tendunt enim in obiectum idem, nec pugnant ex defectu virtutis in voluntate ad duos illos actus simul ponendos: voluntas si quidem simul cum amore beatifico ponit actus alios ad quos non requiritur minus virtus in voluntate, quam ad actum illum naturalem amoris: quia voluntas determinata visione infinitae bonitatis ~~amoris~~ Dei ad ipsum amandum necessitabitur non solum ad amorem supernaturalem, sed etiam ad naturalem Dei amorem. Constat: voluntas videntis Deum in hipothesi de qua nunc, esse habet potestatem et ad amorem supernaturalem, et ad naturalem amorem: quia si

p. beat. visione ñ determinat, et necessitat ad amorem utrumque voluntas sub disiuncto determinabitur vel ad unum vel ad aliud amorem; sed hoc ñ e dicendum: ergo

329.

Reijcio dato antecedente; negó consequentiam. Quod actus illi inter se ñ pugnent, nec ratione obiecti ipsorum, nec virtutis requisitae in voluntate solum probabit voluntatem posse illos solum ponere; ñ autem evincit voluntatem necessitari ad utrumque ergo ad amandum obiectum necessitatur: ad inducendam enim hanc necessitatem ñ sufficit quod obiectum utroque illo actu sit amabile, voluntasque utroque eodem actu possit amare obiectum; sed insuper requirebatur quod uno ex illis actibus voluntas ñ satisfaceret motioni, et determinatione descenenti à visione: satisfacere ex probatione nostra constat. ad confirmationem concesso antecedente, negó consequentiam. Visio determinat ac necessitat ad Dei amorem sibi conformem ex possibilibus voliti pro illis circumstantijs, et autem visioni supernaturali conformior sit supernaturalis amor, quam amor naturalis, ideo licet uterque amor in illa hipothesi possibilis sit volitio visio ñ determinat ad alterum sub disiuncto sed determinate ad supernaturalem amorem.

Disputatio 9a

De delectatione et gaudio, de tristitia seu dolore relate ad statum beatitudinis.

Sectio 1a

De delectatione, seu gaudio Beatorum.

330.

Suppono 1o. delectationem, quae tantum sensibus operit, esse pure delectationem; sed ex ratione mentis effectam esse simul gaudium; et tandem si in facie extendatur dici laetitiam: hinc istam delectationem hominum in Patria esse gaudium et etiam fuisse stricte laetitiam post resurrectionem, quia post hanc aeque Beati gaudium in suum corpus diffundetur. 2o. delectationem, sive gaudium esse actum vitalem, indeque qui vita carent delectari, aut gaudere non posse, et esse voluntatis actum, ideoque in delectatione, sive gaudio rationem meriti, aut demeriti consistere posse. 3o. quod licet aeterna tum fruitio in sui institutione apud Latinos significet determinate sumi tunc ex re aliqua percipere utilitatem tamen tum apud Philosophos tum apud Theologos tamen fruitio pro eodem accipitur ac delectatio sive gaudium. indeque Augustinus lib. 12 de trinitate cap. 1o. dicit: fruimur cognitis, in quibus voluntas delectata conquiescit.

331.

Suppono 2o. beatum in Patria delectari, et gaudere de sua beatitudine. Ratio est: quia possessio boni amati necessario generat

delectatione et gaudii in coenae illud; ad quod beati asseu ti sunt, et possident summum bonum quod amabant in via: quod. Hinc David Psalm. 35. dicit: inebriabuntur ab ubertate domus tuae et torrente voluptatis tuae potabis eos. Et Dominus fideli servo Math. 25 dicit: intra in gaudium Domini tui. Suppono denique in Beatis dari duplicem delectationem unam ortam ex amore perfectae amicitiae erga Deum, et aliam consequentem ad amorem concupiscentiae propriae beatitudini. Dari 1.o delectationem constat ex eo quod fructus amicitiae sit delectari de bonis possessis ab Amico; sed Beati vident Deum a se amatum possidere infinita bona quae ex charitate ipsi Deo vellent: quod. Hinc audietur in Coelis illud Apocalypsis 19: regnabit Dominus noster omnipotens: gaudeamus, et exultemus. 2.o delectationem dari in Patria constat tunc ex illo Psalmi 15. adimplebis me laetitia cum vultu tuo delectationes in dextera tua usque in finem, tunc etiam ratione sui insignuatas: delectatio namque naturaliter sequitur ex amore boni possessi atque beati amant sibi bonum a se, et ut a se possessum: ergo gaudent de tali bono a se, et ut a se possesso: quod.

332. — Hinc extra controversiam positis praecipua hujus loci difficultas est assignare quodnam sit immediatum ac proximum objectum

delectationi illius qua beati de propria beatitudine
habent. Non eadem ê hec sup.ra re omnium sententia, seu po
tius n. ê idem loq.di modus. Placet Eximius quem cum alijs se
quit Compton disp. 84. sect.e 3.a Cum his assero: obj. delec-
tationi predictae ee complexum ex Deo tamquam fine cui, et beati
tudine formali tamquam fine quo. Prob.r: id ê quod in
Patria delectat presens quod in via desiderabat futu
rum; sed in via ex visio Dei et amor ipsius, sive tam
fmali beatitudo, quam Deus ipse desiderabat: ergo utrumque
delectat in Patria; sed n. per modum finis ejusdem
rationis: ergo. Confir.: n. solum Deus sed etiam fmali beati
tudo ê proxime et immediate bonum beati: ergo non solum
ex Deo, sed etiam ex fmali beatitudine constituit
obj. adequatum et integrum quo beati in Patria
gaudent delectatione consequente amorem concupiscen
tiae.

333.

Argues V: pro contendentibus objectum pre-
dictae delectationis immediatum, et proximum
esse solum beatitudinem formalem. Deus nequit
esse objectum moeroris ac tristitiae: ergo neque
obj. delectationi et laetitiae. Probatur cons.:

R. P. Thomas Fassion theol.

sicut se habet tristitia ad malum ita
se habet delectatio ad bonum; atqui tris-
titia damnati non est de Deo, sed de
carentia visionis beatae, suae formalis
beatitudinis: ergo similiter delectatio Bea
ti debet esse de non Deo sed de ipsius
possessione quae est formalis beatitudo. Ar
gumento respondeo negando consequen
tiam, cuius probationi datis praemissis
nego consequentiam. Disparitas quoad
praesens attinet manifesta est: Deus si
quidem in se non habet rationem mali, inde
[illegible] todo lo que va dentro del parentesi no
finiré Dixit Dominus Domino meo sede a dextris
meis Donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum virgam virtutis tuae emitet
Dominus ex Sion dominare in medio ini
micorum suorum tecum principibus in die
virtutis tuae emitet Dominus ex Sion
dominare in medio inimicorum tuorum te
cum principibus in die virtutis tuae emitet
Dominus ex Sion dominare in medio

ratione mali, indeque nequit in se, et proximè esse tris-
titiæ objectum; rationem verò boni, et quidem infiniti, in se Deus
habet, et ideo in se, et proximè amorem, gaudium, et rationem
delectationis terminare potest.

334.

Argues 2º: idem est objectum desiderij
in via, ac delectationis in Patria; sed immediatum objectum desi-
derij in via non est Deus, sed aliqua operatio nos conjungens
cum Deo ipso: ergo. Probatur minor: objectum desiderij nostri in via est ali-
quid futurum; desiderium enim à gaudio differt in eo, quod
gaudium feratur in bonum presens ut presens, et possessum;
desiderium verò tendat in bonum absens ut absens, et ob-
tinendum; sed Deus non est futurus, sed sola formalis beati-
tudo futura est respectu Viatoris: ergo. Consequentia ab omnibus Philosophis,
et Theologis traditur; minor verò manifesta est; Deus enim sem-
per est presens, ac existens, et quidem necessario.

335.

Ad argumentum
concessa majori, nego minorem, cujus probationem distinguo: minor objectum desi-
derij in via est aliquid futurum, vel in se, vel secundum ali-
quam rationem ipsi extrinsecam; concedo: est aliquid futurum
determinatè in se; nego minorem et distinguo subsumptum similiter minorem; sed De-
us non est futurus in se; concedo: non est futurus secundum rationem
ipsi extrinsecam, possessi nimirum à Creatura; nego minorem.

Ut aliquod bonum sit objectum desiderii proprie talis, non requiritur, quod tale bonum in se non existat, sive in se sit futurum, ut patet in Avaro, qui vere desiderat non solum pecunias futuras, hoc est, de novo cudendas, sic quod in esse monetarum constituendas; sed etiam illas, quae jam in esse pecuniarum existunt; sed sufficit, quod tale bonum futurum sit in aliqua ratione, respectu quam appetitur; et hoc modo Deus est futurus respectu viatoris, qui desiderat illum videre eo, quod talis visio adhuc respectu ipsius non detur.

336. Argues 3.o nemo delectatur de bono, nisi illud aliqua ratione existimet suum; sed Deus non est bonum proprium Beati, nisi ratione formalis beatitudinis: ergo. Probatur minor: nulla res supposito distincta potest esse bonum nostrum, nisi ratione alicujus effectus, quem in nobis causat, sicut Sol dicitur bonum frigescenti, non immediate ratione sui, sed mediate ratione Caloris, quem in illo causat: ergo. Ad argumentum, concessa majori, distinguo minorem: sed Deus non est bonum proprium Beati, nisi ratione beatitudinis formalis illum constituentis in ratione boni, nego: illum constituentis in ratione possessi ab eo, respectu cujus est bonum; concedo minorem. Constat

dist.^a sensus. Ad m. probatio^o r^{o}o an. quod n. suadet ad sunctam prob. Sol enim ideo n. e immediate bonum frigescenti; q.^a Sol n. debet possideri â frigescente, ut calescat, accipiatq. commoditates, quas ex Sole percipere desiderat; sed sufficit, quod frigescens immediate possideat calorem â Sole causatum: ideo calor, et n. Sol, est frigescenti dicit proximè, ac immediate bonum: cum autem Deus immediate ipse possidendus sit â Creatura, ut hec p.^r ipsum beatificetur, dicendus consequenter e immediate, et proximè bonum Creature.

337.

Argues 2.º

pro contendentibus delectationem predicatam habere pro immediato objecto solum Deum: cognitio rei turpis solum potest se habere ut puram conditionem ad objectum delectationis pravae: ergo similiter cognitio rei honeste ad objectum delectationis honeste: ergo cognitio seu visio beatifica n. e objectum, sed pura conditio ad delectationem Beatorum: q. Probatur an.: delectatio morosa e peccatum grave; sed tale peccatum n. e ratione cognitionis, sive cogitationis de re turpi; hec namque cogitatio n. e mala, sed indifferens, vel ad summum inutilis, et otiosa: ergo. Ad argumentum r^{o}o an.^m cujus

pbationi. concesse min. distinguo min; sed tale peccatum non est ratione cognitionis suae cogitationis praecise sumptae, concedo: non est ratione cogitationis simul, et rei cogitatae, nego min. Distinctiones terminis ampliori explicatione non indigent.

338.

Arguitur 2.º ex Caietano: praedicta delectatio est delectatio de beatitudine; sed non de beatitudine formali: ergo de obiectiva, nimirum de Deo. Probatur min: beatitudo formalis est visio beatifica; sed delectatio illa non est de visione: ergo. Probatur min: ut delectet visio, ipsa debet cognosci; delectatio namque est voluntatis actus; ad quem necessario debet praecedere alia cognitio, cum nihil sit volitum, quin praecognitum; sed visio beata non cognoscitur, ut delectet; solus enim Deus est, qui per beatam visionem cognoscitur: ergo. Ad argumentum concessa maiore, nego min, cuius probationis praemissa maiori, quae supponit, formalem beatitudinem adaequate consistere in visione, nego min, ad cuius probationem respondeo primo, concessa maiori, negando absolute min, quam non suadet adiuncta probatio, qua solum evincitur, visionem non cognosci per se

ipsam non verò non cognosci per cognitionem aliam adip- 300.
sam visionem terminatam, deservientemque ad dirigendam
delectationem de visione beata, quam representat. 333.

Ideam

Ad probationem respondeo 2°. cum Primo dist. maiorem distinguendo
minorem; sed visio beata non videtur formaliter directe, et sig-
nate; concedo: non videtur indirecte, virtualiter, seu reflexe,
et exercite; nego minorem. Quin in Beato ponatur cog-
nitio alia, qua visionem beatam cognoscat, visio
ipsa se ipsam sufficienter manifestat intellectui Beati,
ut ipsius voluntas possit de visione delectari; si-
cut actus voluntatis per se ipsos exercite sunt
amor ipsorum. Sed instabis: si beata visio esset
reflexiva supra se ipsam, visio esset essentialiter
indestructibilis; sed talis esse non potest: ergo. Probatur
maior. Si visio esset reflexiva supra se ipsam, se
ipsam repraesentaret: ergo repraesentaret suam perpe-
tuitatem; sed si repraesentaret suam perpetuitatem
esset essentialiter indestructibilis; est siquidem essen-
tialiter vera: ergo. Instantiae huic satis solutio haberi
posset ex iis, quae diximus supra num. 253, quaeque
recolere oportebit. Quoad praesens tamen attinet,
breviter respondere poterit, ex eo, quod visio sit

30.

reflexiva supra se ipsam ei inferri, suam perpetui-
tatem repraesentare; talis namque reflexio non est, cum ne-
cessario ferat in omnia et singula visioni praedicata.

32. Instabis adhuc visio beata praedicto
modo reflexe cognita solum ut quo erit praecognita;
Deus vero cognitus erit ut quod: ergo solus Deus
erit objectum quod delectationis in Patria. Instantiae
distinguo 1.am antis partem: visio beata praedic
to modo reflexe cognita solum ut quo, id est, ut
puram rationem cognoscendi erit praecognita; nego:
solum ut quo, id est, ut pura tendentia, sive possessio
Dei erit praecognita; concedo antecedens, nego consequentiam.
Dixi beatam visionem reflexe cognosci
ipsa ut pura tendentia in Deum, sive ut possessio
ipsius, et consequenter cognoscitur ut id, quo obtinetur
summum bonum, nullomodo ingrediens constitutionem
boni illius, quod est objectum quod beatitudinis;
sic autem cognita visione, sufficiens proponitur
ipsa voluntati, ut de eadem possit gaudere,
istaque delectari, et consequenter esse objectum, quod
voluntas ipsa prosequatur.

An habitus Spei perseveret in Beatis?

321.

Cujus propositae resolutio solutio erit cujusdam argumenti, quod tradita doctrina opponunt, sicque efformant: si praedicta delectatio orta ex amore concupiscentiae erga Deum et propriam beatitudinis daretur in Beatis, in his inveniretur spei habitus; talis namque delectationis actus ad spem pertinet; sed in Beatis non invenitur habitus spei: ergo nec delectatio ejusmodi. In Beatis non permanere spei habitum, docent ferè omnes Thomistae cum Cajetano, et ex Recentioribus non pauci cum Arriaga in 3.o p. disp. 13. cap. 2.o Ejusmodi habitum in Beatis permanere tenent ex nostris plures cum P.e Petro Hurtado, et aliis secutus Eximius variis in locis; sed praecipuè disp. 1.a de spe sect. 8.a num.o 5.o P. Mair tract. 9.o disp. 5.a quaest. 3.a artic. 1.o neutri parti subscribere vult; ait enim sibi videri, potius esse divinare, quae opinari, in hoc puncto sententiam ferre.

322.

Sit nostra assertio: in Beatis perseverat habitus spei. Probatur: dicendum est

perseverare in Patria supernaturales illos habitus in Justis Viatoribus existentes, qui, si in Patria derent, inutiles, ac otiosi ibi non existerent; sed, si habitus Spei in Patria perseveret, in ea inutilis, ac otiosus non existet: ergo. Minor est omninò certa. Probatur Major: in Patria non existit inutilis, ac otiosus ille habitus, cui correspondent aliqui actus ex iis, qui possunt exerceri in Patria; sed habitui Spei correspondent aliqui actus, ex iis, qui possunt in Patria exerceri: ergo. Probatur minor: in Patria potest exerceri actus amoris concupiscentiae erga Deum distinctus ab amore illo amicabili, in quo Beatitudinem constituimus: potest etiam exerceri actus complacentiae, et gaudij de beatitudinis possessione: exerceri item potest actus Spei resurrectionis, et glorificationis proprij corporis, et similes actus alij; sed omnes praedicti actus correspondent habitui Spei: ergo.

343. Respondent Adversarij, praedictos actus correspondere Spei habitui, si hic supponatur, ut supponitur in via; si autem non supponatur, uti supponi non debet in Patria, correspondere alij principio, quod loco

habitus spei substituat, quodque non se extendat ad omnes illos actus, ad quos spei habitus se extendere potest; sed ad illos tantum actus, quos dari, constat in statu illo, in quo tale principium existit. Habitum autem spei non debere supponi in Patria, sicut supponitur in via, ex eo inferunt Adversarij, quod in Patria procul dubio non datur, sicut datur in via, actus proprius spei; hic enim fertur in Deum ut possidendum per spiritualis beatitudinis; voluntas autem Beati, visione beatifica dirigente necessario in Deum ut possessum ferri debet. Sed contra est 1º quia ut recte permanentia habitus alicuius inferratur non requiritur quod omnes actus tali habitui correspondentes existant, sed sufficit, si existant actus aliqui. Contra est 2º idque primum, sicut habitus sufficiens est pro actibus spei, qui eliciuntur in via et pro actibus pertinentibus ad lineam spei, qui eliciuntur in Patria; atqui juxta rectum Philosophandi ordinem non est admittenda successio, ac multiplicatio principiorum, sive habituum, quando talis successio, et multiplicatio non est necessaria: quia

322. Respondebis aliq ex Doct.re Acutissimo nimirum q. licet beati exerceant aliquos spei actus sub ratione glorificationis proprij corporis, quam adhuc non obtinuerunt non ideo esse admitendum in ipsis spei habitum, sed dicendum actum illum beatum elicere solo extrinseco Dei auxilio, sive omnipotentia specialiter applicata; alias enim (inquit Acutissimus) dicendum esset habitum illum corrumpendum esse in resurrectione, postquam talis actus spei glorificationis proprij corporis jam elici non poterit â Beatis. Sed contra responsionem est 1º. illam falso supponere, beatos non alios actus spei nisi illum glorificationis proprij corporis posse elicere, sequensque ex eo, q. post resurrectionem nequeant actum illum spei elicere non recte inferri nullum spei actum elicere posse; indeque habitum spei ut inutilem, ac otiosum correspondendum esse in resurrectione. Contra est 2º. pro Acutissimum nullum est absurdum habitum spei corrumpi quando homo beatificatur. Quod neque absurdum debet ab ipso reputari, q. talis habitus corrumpatur, quando homo suo corpore glorificatur.

Contrà est demùm: si licitus esset re-
cursus ad auxilium Dei purè extrinsecum, pro elicientia ac-
tuum spei in Beatis, licitus etiam esset recursus ad ipsum auxi-
lium Dei purè extrinsecum pro eliciendis actibus aliarum virtu-
tum moralium, v.g. justitiæ, et fortitudinis in ipsis Bea-
tis; sed nunc eliciendis actibus harum virtutum non licet talis
recursus in Beatis; ergo. ipso communi Theologorum in Bea-
tis admittuntur habitus proprij virtutum earundem: quæ Ra-
tio minoris est: quod sicut in Beatis non habet locum actus
primarius, sive præcipuus spei, ità nec locum habet in
Beatis actus primarius, et præcipuus virtutis jus-
titiæ, qui est jus suum unicuique tribuere, nec primarius
et præcipuus fortitudinis actus, qui est constans
victoria oppositarum difficultatum: ergo, si non obstante, quod
virtutes justitiæ, et fortitudinis careant actibus primarijs,
et præcipuis ipsarum in Beatis, pro ipsis non licet re-
cursus ad auxilium Dei purè extrinsecum, sed supponitur
permanentia habituum ad eliciendos actus illos, licet se-
cundarios, quos Beati circa virtutes easdem elicere
possunt; idem dicendum erit de spei habitu ad elici-
endos ipsius actus, licet secundarios, qui in Patria
elici possunt.

326. Confirmatur prejacta Ratio: duratio per multos annos visionis beatae, et similiter beatifici amoris, potest esse objectum actus desiderij in Beatis; sed talis actus desiderij est actus proprius virtutis spei: ergo saltem hic actus spei in Beatis dari potest. Antecedens certum videtur esse. Probatur minor: affectus ortus ex cognitione boni ut non existentis, est actus desiderij, et non puri gaudij; sed talis est affectus Beati erga visionem cognitam ut duraturam per multos annos: ergo. Probatur minor: visio beata, etiam ex suppositione, quod hodie existat, potest non durare cras: ergo talem visionem existere, sive durare cras, non est illam existere hodie: ergo aliqua ratione diversa sunt haec duo, existere hodie, et existere cras: ergo cognitio proponens beato visionem ut duraturam per multos annos, illam proponit non praecise ut existentem, sed etiam ut non existentem, et consequenter illam proponit ut objectum sufficiens ad determinandum desiderium illius durationis, quae ut non habita a beato proponitur.

327. Sed respondebis per durationem beatae visionis non posse esse objectum actus spei quia

Beati q. caret arduitate necessario requisita in obto spei; conservao namque beatæ visionis non proponit beato ut difficilis, et ardua; sed ut certa, et omninò certa, et absque ullo labore obtinenda. Sed contra est, quod in conservaone visionis beatæ reperit arduitas, in quantum hæc est necessaria ad spei objectum; tota enim arduitas requisita ad objectum spei salvatur in eo, quod objectum desideratum sit excellens, et dependens ab alterius voluntate quoad ipsius acquisitionem. = Respondebis 2º durationem beatæ visionis commensurari æternitati Dei, indeque in tali durationem non posse accipi aliquid sub modo de presenti, et aliquid sub modo de futuro, sive sub modo non existentis; sed necessario aprehendi totam illam durationem velut coexistentem simul cum omnes suas partes, consequenter affectum ad talem duraonem terminatum participare non posse veram rationem desiderij, sed solius gaudij, quo fruimur re ut coexistente, et possessa. Responsionem hanc exornant Thomistæ ipsorum satis difficili doctrina de physica presentia, et coexistentia futurorum æternitati Dei. - 318.

contra responsionem est 1º non minus debet commensurari æterni-

tati Dei duratio rationalis animæ, quæ duratio beatæ vis-
sionis creatæ; non enim est potior ratio pro visione,
quam pro rationali anima; sed in duratione ratio-
nalis animæ potest aliquid accipi per modum de præ-
senti, et aliquid per modum de futuro: ergo etiam in
duratione beatæ visionis poterit accipi aliquid
per modum de præsenti, et aliquid per modum de futuro,
et consequenter hoc aliquid durationis visionis erit ob-
jectum sufficiens ad commirandum affectum veri desideri-
rij. Ratio maioris est, quod alias, sicut modo cum veri-
tate dicere possumus animam nostram habere hodiernam
durationem, possemus etiam cum veritate dicere, eandem
animam modo habere durationem crastinam; atqui
hoc est manifestè falsum: ergo. Contra est 2.o longè
diversa sunt, beatam visionem non posse concipi ut
perfectam beatitudinem hominis, quin visio concipiatur
cum tota sua duratione nimirum æterna, et non posse con-
cipi, durationem visionis, quin tota duratio ipsius
ut simul exercita, sive ut simul habita con-
cipiatur; sicut longè diversa sunt, non posse concipi
horam, quin concipiatur tota duratio sexaginta minuto-
rum horæ necessariò componentium, et non posse concipi, durare

unum minutum illorum, qui decipiatur, omnia illa septuaginta millenta duraret; atqui ex eo, quod visio beata sit perfecta hominis beatitudo solum 1.o infertur: ergo.

Sectio 3.a

Solvuntur argumenta.

319.

Objicies 1.o: in Beatis non perseverat fidei habitus: ergo neque permanet habitus spei. Antecedens ~~videtur~~ certum, habetur. Probatur consequentia: deficiente fundamento, necessario deficit id, quod super ipsum fundatur; sed fides est spei fundamentum, juxta illud Apostoli ad Hebreos 11.o sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: ergo. Ostenditur ex illo ejusdem Apostoli ad Romanos cap. 8.o spes autem, quae videtur, jam non est spes; quod enim videt quis, quid sperat? atqui Beati vident ea omnia, circa quae nos dicimus exercere actus spei: ergo. Respondeo ad argumentum, concesso antecedenti, negando consequentiam, cujus probationis distinguo majorem: deficiente fundamento unico, et necessario, deficit id, quod supra ipsum fundatur; concedo: deficiente fundamento non unico,

349.
sive non necessario; deficit Vera, negando majorem, et disting. minorem: sed fides est fundamentum unicum, et necessarium spei; nego: est fundamentum non unicum, sive non necessarium; concedo minorem. Habitus fidei est, quidem fundamentum, sive substantia, ut loquitur Apostolus, habitus spei; ex eo autem, quod fundamentum illud deficiat, non infertur, deficere habitum spei, qui supra illud fundabatur; cum enim non sit fundamentum omnino necessarium, sive fundamentum unicum, cui spes inniti potest, ipso ablato, substitui potest aliud, quod munus illius exerceat, vicesque ipsius gerat.

350.
Et ita quidem accidit in Beatis, in quibus, licet deficiat fidei habitus, qui in statu illo esset prorsus inutilis, ac otiosus, existit lumen gloriae, quod vices habitus fidei gerit in ordine ad fundandam Beatorum spem, et ad reddendum Beatum permanenter potentem elicere cognitionem illam, quae necessario debet dirigere actus illos spei, quos in Beatis admittimus. Ad confirmationem respondeo, in allatis ibi verbis Apostolum solum negare, dari posse spei actum, qui sit strictum desiderium, circa ea, quae clare cognoscuntur ut jam possessa; nos autem minime

docere Beatos habere spei actus, qui sit strictè desi-
derij, circa ea, quae jam clarè cognoscit ut possessa;
circa haec namque tantum exercet gaudij actus ad
spem etiam pertinentes; durationis verò futurae sue
specialis beatitudinis desiderare posset, quia illam,
licèt ut omninò certè futuram cognoscat, non apprehen-
dit ut praesentem, sive ut jam habitam. Obstat ad con- 354.
firmationem formae.

Objicies 2°: idem fundamentum datur
pro permanentia habitus fidei in Patria, ac pro
perseverantia habitus spei; atqui fundamento illo
non obstante, negamus habitum fidei in Patria perma-
nere: ergo etiam negare debemus ibidem perseverare spei
habitum. Probatur minor: fundamentum, quod datur pro per-
manentia habitus spei in Patria, est, quod, licèt
à Beatis elici nequeat actus primus, et praecipuus
virtutis spei, possunt tamen in Patria elici
actus aliqui de linea spei, sive ad spem pertinen-
tes; atqui etiam elici possunt à Beatis actus aliqui
pertinentes ad fidem: ergo. Ratio minoris est: quod Beati
possunt per piam affectionem benè affici erga ve-
racitatem Dei, et revelationem, motivaque credendi.

351.

ad credendum, et etiam gaudere, se exercuisse in via p.^te actum supernaturalem fidei; sed omnes hujusmodi actus ad virtutem fidei pertinent, si pertinent ad spei virtutem actus alij, quorum supra meminimus: ergo. Ad argumentum resp. neg.^do m.^rem cujus probationem, m.^rem concessa, neg.^o m., Vel illam claritatis gratia distinguo: atqui a Beatis elici etiam possunt actus aliqui pertinentes ad fidem strictè sumptam, pro habitu nimirum intellectuali, neg.^o; pertinentes ad fidem latè sumptam, concedo m., et concessa etiam m.^ri probationem, neg.^o m. de habitu intellectuali fidei.

352. In Viatoribus ad actus pertinentes ad fidem duo sunt habitus: unus intellectualis, qui strictè fides, ~~intell~~ habitualis nimirum appellatur, quique est principium immediatè influxivum in assensum fidei: alius ad voluntatem pertinens, qui strictè fides habitualis non est, nec immediatè elicitivus assensum fidei; sed immediatum principium piarum affectionum, quae fidem praecedunt, comitantur, et subsequuntur. Primus ille ~~actus~~ habitus in Beatis non admittitur, quia in ipsis esset inutilis, ac prox-

sui otiosus, cum nullus actus ad ipsum immediatè pertinens in Beatis reperiatur. 2.^ium^ habitus, voluntatis nimirum, Beatis concedi; quia in ipsis reperiuntur actus illi, quorum meminit argumentum, quod consequens ad dicta potius confirmat, quam impugnat sententiam nostram. 353.

Objicies 3.° cum P. Harnero: Beati neque gaudent de propria beatitudine possessa, neque optant aliis beatitudinem, nisi cum solo motivo amoris Dei super omnia; ob summam enim perfectionem status beatifici omnia dirigunt ad Dei gloriam: ergo Beati nullum actum spei eliciunt: ergo neque habitus spei est in ipsis admittendus. Argumentum probat, in Patria nullam virtutem moralem permanere; quia similiter dicendum erit, beatos omnia objecta honesta moralia amare omninò purè propter Deum summè dilectum, indeque non esse in illis aliam virtutem, nisi charitatem, quod minimè est sustinendum. Si igitur Beatis concedendus est amor aliorum objectorum moralium, propter se ipsa, potiori titulo illis debuit concedi amor proprius spei, cujus objectum abstrahendo valdè sublimius est objecto virtutum moralium. 354.

Dicereté

resp.º ng. ant: 2.º 1.º q. licet motibus virtutis charitatis sit perfectissimus, illud tamen non tenentur sperare in omnibus suis actibus intendere Beati; hi namque ratione status beatitudinis non sunt necessitati ad operandum semper, et per omnes actus modo perfectiori possibili: 2.º q.ª et si perfectior sit actus elicitus ex solo motibo charitatis, cæteris paribus, actibus elicitis ex solis motibus aliarum virtutum; perfectior tamen actu elicito ex solo motibo charitatis evadet actus ille, qui et motibus charitatis, et motibus alius alicujus virtutis atingatur; tunc enim participabit motibus virtutis utriusque: ergo vel ex ipsa argumenti doctrina probatur, non esse, cur Beatis negetur actus virtutis spei, quæ alias virtutes morales longè superat, consequenter nec est, cur negetur spei habitus; sed potius ipsa argumenti doctrina suadet, in Beatis admitendum esse dari habitum, qui simul cum habitu charitatis influat in perfectissimos actus charitatis simul et spei. Ad finem nota, quod, q.ªdo actus virtutum â charitate distinctarum imperfecti dicuntur, sermo est de imperfectione dumtaxat negativè tali,

ñ de imperfectione tali positivè, id ē solū significari, ñ hbere ean̄q perfectionē, quan̄q habet actus virtutis charitatis; ñ verò hbere imperfectionē aliquā indeq licet in Beatis hbere nequeat imperfectio ab ipsi elici posse actus ejusmodi.

Sectio 2.a

De dolore, ac tristitia relatè ad statum beatitudinis. 355.

Dolor ā tristitia distinguit, q.a ille orit ā læsione corporis sensu tactus perceptæ; tristitia verò causat ā presenti aliquo malo aprehenso sensu interno, nimirū imaginaōne. Quærit ḡ, qua raōne tam hæc quam ille ā Beatis deneant relegari. ? Suponendū ē, ut fide sanctū, neq' dolorē neq' tristitiam hbere de facto locū in Beatis. Ostat hæc veritas ex y Isaia dicente cap. 25.o: auferet Deus lacrymam ab omni facie: et cap. 35.o gaudiū, et exultationē obtinebunt, et fugiet dolor, et gemitus. Ostat etiā ex 21.o Apochalipsēos ubi dicit: absterget Deus omnē lacrimā ab oculis eorū, et mors

ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt. Supponendum est etiam, de potentia Dei absoluta coniungibilem esse cum statu beatifico tam dolorem, quam tristitiam aliquam; quia in tali siquidem coniunctione nulla apparet contradictio, et insuper nobis ex fide certum est Christum Dominum, qui ab instanti suae Conceptionis beatitudine essentiali fruebatur, vehementissimos dolores, et tristitias usque ad mortem diu substinuisse.

356. His ita assero, carentiam doloris sensibilis in Beatis immediate oriri à dote impassibilitatis, de qua suo loco agemus; carentiam verò tristitiae, sive doloris intellectualis oriri in ipsis à summa rectitudine, conformitateque suarum voluntatum cum voluntate divina. Ratio primae partis est, quod ad dolorem illum sensibilem requiritur laesio corporis consistens in divisione continui, aut notabilis humorum alteratio privans debito temperamento; sed haec omnia immediate excluduntur ab impassibilitatis dote: ergo. Secundae partis ratio est, quod, ut docet Sanctus Augustinus lib. 12. de Civitate cap. 7, tristitia nobis accidit ex iis, quae eveniunt nobis

nollentibus ac reluctantibus; sed nihil ita evenire potest illis, quorum voluntates summè rectè sunt, perfectèque, in omnibus conformes divinæ voluntati omnia in sanctissimos fines sapientissimè ordinanti: ergo.

357.

Opponens 1.º Isaiæ 33. dicitur: *Angeli pacis amarè flebunt*; sed Angeli pacis sunt Angeli boni et Beati: ergo in Beatis Angelis aparent signa doloris; sed si in ipsis aparent doloris signa, et dolorem in ipsis existere dicendum est; non enim dici potest, in bonis Angelis aparere signa fallatia: ergo. Ad argumentum resp. concessis præmissis, neg. consequentiam. Signa illa non sunt doloris existentis in Angelis; sed tantum significant causam, suis motibus, ut doleant illi quibus imminent mala, quæ per signa ejusmodi Angeli indicare contendunt. Similiter 6.º Geneseos dicitur, quod Deus sit *tactus dolore cordis intrinsecus* eo, quod ipsum pœnituerit fecisse hominem, quin ex hoc liceat inferre, quod Deus verè doluerit ob peccata hominum de ipsorum formatione; sed verbis illis tantum significari intendit, ita se fecisse homines, ut, si Deus capax esset

pœnitentiæ, et doloris pœnituisset, ac doluisset de hominis creatione.

358. Oponeres 2º homines Beati memores sunt peccatorum à se in via commissorum: ergo de ipsis dolent, vel saltem dolere possunt: ergo hujus saltem doloris Beati dicendi sunt capaces: ergo. Ratio 1ª consequentiæ est, quod, quo quis ferventius Deum amat, eo vehementius peccata detestatur; vehemens autem detestatio sine dolore aliquo consistere non posse, videtur. Confirmatur: aliquibus Beatis nota est damnatio parentum, cognatorum, et Amicorum; sed incredibile videtur, talem notitiam non excitare dolorem aliquem in Beatis ijsdem: ergo. Ad argumentum, concesso anti, nego consequentiam, et probationem. Beati memores peccatorum à se in via commissorum hæc odio prosequuntur, et vehementer detestantur; hic tamen affectus detestationis, ac odij non excitat in ipsis dolorem aliquem, prout dolor idem valet, ac mœror seu tristitia; sed ipsos provocat ad amandum Deum, hujus bonitate, et misericordia à malis illis sunt liberati. Ad confirmationem nego minorem. Beati ratione perfectæ rectitudinis suæ voluntatis, per-

fecissimeq conformitatis cum voluntate divina — 320.

magis amant, impleri divina consilia, quam bona Propinquorum suorum, indeq non tristantur de illorum damnatione, quam evincere non posse, certè cognoscunt, nisi juxta rectissimum Dei consilium. — 352.

Opponees 3.º dam nati cum summa tristitia propria status ipsorum levem aliquam delectationem aliquando percipiunt: ergo et è contra, beati cum summa delectatione, et gaudio proprii Beatifici status levem aliquam tristitiam pati poterunt. Ratio antecedentis est, quod Dæmones sæpè assequuntur id, quod vehementissimè desiderabant, ut est damnatio hominum, suborire hæreses, et similia alia mala; sed assequi finem vehementissimè desideratum naturaliter parit delectationem: ergo etc. Confirmatur: Sanctus Augustinus citatus à S. Thoma parte 1.ª quest. 62. artic. 3. ad 1.um sic loquitur: diabolus potestatem habet in eos, qui Dei præcepta comptennunt, et de hac tam infelici potestate lætatur: ergo Antecedens argumenti admittunt non pauci cum Eximio lib. 8.º de Angelis cap.e 15.º monent tamen hi D. Doctores levissimam illam damnatorum delectationem locum non habituram in ipsis

post extremum judicium. Id autem negant plures cum Acutissimo Vo. parte disp. 222; existimant enim DD. isti, nec levissimo lenitivo patere aditum, ubi est causa summi mœroris, ac tristitiæ, uti in statu damnationis est.

360. Permissio igitur antecedenti in reverentiam Sanctorum Augustini, et Thomæ, quorum è expressa doctrina, nego consequentiam. Disparitas est, quod actus beatificus est bonum, cujus proprium est tale esse debere ex integra causa, indeque excludere omne malum, sine cujus exclusione bonum non est integro minime existeret; status verò damnationis, ac summæ miseriæ, cum malum sit, ex quocumque defectu resultare potest, consequenterque patitur bonum aliquod, saltem levissimum. Adde, manifestum esse, non esse rectam argumentationem à contrario sensu in omnibus inter statum beatitudinis, et statum damnationis: alias hæc esset legitima argumentatio: status beatitudinis nullum patitur errorem: ergo status damnationis nullam patitur scientiam, sive veram cognitionem. Instat ad objectionem.

Opponer 2°: n. minus opponitur statui summae laetitiae, et gaudii, qualis est status beatitudinis, timor, quam tristitia, et dolor; sed timor locum habet in Beatis: ergo et tristitia, ac dolor locum habere deberent. Probatur ex illo Psalmi 18: timor Dni sanctus permanens in saeculum saeculi; et ex illo 15. Apocalypseos, ubi Beati dicebant: quis n. timebit te Dne; et denique ex illo Job cap. 26. dicentis: columnae Coeli contremiscunt, et pavent ad nutum ejus; quae loca S. Gregorius lib. 17. moralium cap. 17. exponit de Beatis Angelis, qui nomine columnarum Coeli veniunt intelligendi. Ad argumentum, admissa majori de timore stricte ac rigorose tali, de eodem nego minorem, quam n. probant allata testimonia. Illud Psalmi 18. à Lira exponitur de timore concepto ab Israelitis accipientibus legem in Monte Synaii, cujus timoris memoria permansit semper in ipsis. Deinde, cum aliis Sacrae paginae Interpretibus dici potest, ibi sancti significari, timorem Justorum in Patria permanere quoad ipsius effectum, sive premium ipsis correspondens; sicut ab ipso Davide

323.

Psalmo 9.º dicit, quod patientia Pauperum non peribit in finem, quin hic textus intendat significare, ipsum actum patientiae, et tollerantiae permansurum esse in Coelis; sed premium actui ejusmodi correspondens.

361. Ad 2um testimonium ex 15 Apochalipsis respondeo, quod, licet voces illae in Coelo auditae fuerint, erant vel eco vocum, quae à Justis proferebantur in terra; ex contextu namque manifestè constat; verba illa esse propia militantis, et non triumphantis Ecclesiae. Si autem de Beatis verba ejusmodi accipere velles, dicere poteris, ibi agi de timore, non strictè, et rigorosè tali; sed de timore latè sumpto, pro actu nimirum reverentiae, et sumitionis erga Deum. Ad 3.um ex Job respondeo, quod, si ibi per columnas Coeli intelligendi sint Angeli, sermo erit de actu reverentiali, et sumitionis, qui impropiè dicitur timor; ideoque S. Gregorius dum per columnas illas Angelos intelligit, addit: ipse tremor non timoris est, sed admirationis. Dixi, si ibi per columnas Coeli intelligendi sint Angeli; ab aliquibus enim Interpretibus

p.r columnas Coeli accipiunt Coeli ipsi, qui ob firmitatem ipsorum columnae dicunt, ab alijs vero intelligunt firmissimi montes, qui videntur velut columnae, et fundamenta quibus Coeli innitiur, et ab alijs demum accipiunt Ecclesiae Praelati, qui sunt velut columnae, quibus fulcitur Ecclesia, quae in sacris litteris Coeli frequenter apellatur. d. sule sacrae paginae Interpretes.

362.

Ut ergo integro haec materia adimpleatur restat hic agendum de Aureolis et Dotibus Beatorum. Haec sacrae paginae metaphora, qua beatificatio nostra appellatur spirituale matrimonium, sive spiritualis dessponsatio animae nostrae cum Christo, videri potest apud P. Antonium Mayr tom. 1.o tract. 3. disp. 1.a quaest. 2. artic. 5. usque ad 6um ubi difusè agit de hac re. Esta disputa p.r estar malo no la escrevi, y por hallarse en qualq.r impresso, puse la antecedente nota p.a si llega â manos de algun curioso vea no quedò la materia imperfecta.

Hispali die 28 Mensis Junij anni Dni 1763. in Collegio D. Hermenegildi Regis et Martiris sacro. Ame Francisco Xaverio Lopez de Lebrera Purpuratus Alumnus Collegij Immaculatae Conceptioni Beatae Virginis Mariae

ejusdem Societatis, et Theologiae Seminarii.

Index Disputationum et sectionum, quæ in hoc libro continentur.

:

Finis.